


Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres



LVCIANI PI

SCATOR, SEV REVL

uiscntes. Bilibaldo Pirckhey

mero, Cæsareo Cõsiliario,

Patricio ac Senatore

Nurenbergenſi

interprete.

,,

Eiusdem Epistola Apologetica.

Pindarus.

ἐπεὶ δὲ βα λῆλογχε θαμινὰ κακαγόρῳ.



CLARISSIMO AC EXCELLENTI
Iuris Doctōri Laurentio Beheym Diui Stephe-
ni Babenbergæ Canonico Bilibaldus Pirck-
heimer. S. D.

in Gorgia
SI cunctorū mortalīū res gestas scrutatus fueris, iu-
cūdiſſime ac eruditiffime mi Laurens, ſi oīm gen-
tiū hīſtorias diligenter euolueris nullū vnq̃ hoīm
genus peius audiuiſſe iuenies, q̃ eos, q̃ virtutē ac
ſapientiā, tanq̃ pprias ſibi deſumpſere ac vēdicauere. nō
qd p ſe virtus ipſa, vel ſapientia, vituperatione aliq̃ eſſet
digna, ſed q̃a illarū p̃textu, ſemp p̃ditiffimi qdā delitēſcē-
tes, ea ppetrare ſunt auſi, q̃ apud ſcleratos q̃q̃ nebulo-
nes reprehentione nō carerent. nemo ſiquidē manifeſte
malos, tam inſenſo odio pſequi conſueuit, quēadmodū
eos, qui Curios ſimulāt, & bacchanalia viuūt, q̃propter
apud Platonem, perq̃ acriter Callicles in deſides iſtos
& ignauos inuehit, q̃ Philoſophiæ obtentu, inutile otīū
& linguæ vitēq̃ tenebras ſequunt, oſtendens eos in an-
gulis cōmurmurantes, ingenuū, magnū, aut dignū qd
loqui nunq̃, publica & priuata oīa ignorare, nilq̃ niſi ar-
guta ſiue deliramenta, ſiue nugalia exercere. verū de Phi-
loſophia illa nō ſentit, quē virtutū omniū diſciplina eſt,
quēq̃ in publicis ſimul, & priuatis officijs excellit, Ci-
uitateſq̃ & reſpu. ſi nihil phibeat, cōſtanter, fortiter, &
perite adminiſtrat. ſed de iſta futuli, atq̃ puerili medita-
tione argutiarū, nihil ad vitā, neq̃ tuendā, neq̃ ordinan-
dā, pmouente, qua id genus homines cōſeneſcunt, ma-
le feriat, quos Philoſophos & vulgus eſſe putat, & mi-
ſeri illi ſibiſpſis applaudentes, non ſolū eſſe, ſed & cun-
cta ſe ſcire arbitrant, cū tamen omnia ignorēt, & totius
vitæ ſpacio nihil aliud, ſummis etiā laboribus q̃ nihil

scire didicere. Apud Athenarū quoq; asperime Myrtillus ille, philosophos eiusmodi taxat, tanq̃ ab omni virtute alienos, ac vitiorū cunctorum receptacula, hominū scelestissimos, & iniustissimos appellans, & qui minime constantē exerceant vitam, sensus vero, & scientiarū humanarum, oīno sint expertes, petulantes insup, mollissimos, vel si hoc careāt vitio avarissimos, inuidiosissimos, ac arrogantissimos eos esse ostendens, temerarios p̃terea, Calūniatores, & cōiutatores egregios, expilatores, ac abliguritores, ad totius deniq; humanæ vitæ vsum, penitus inutiles, ideo a Lacedæmonijs olim minime admissos, ne præter reliquā improbitatem, urbem quoq; cōtentionibus, iurgijs, ac intempestiuis replerent Elenchis, ab Atheniensibus vero, ad coruos actos. a Lysimacho rege, toto regno eiectos. a Romanis quoq; sapientissimis, ac optimis viris, tanq̃ inutiles, & noxios, urbe pulsos, quapropter Anaxippi Comici iambica hæc olim in omniū ore fuisse refert.

Dipnosophistarū.
lib. xij.

Hei mihi philosopharis? philosophos attamen,
Compertum habeo, verbis sapere tantummodo,
At esse stultos in factis plane video.

Tales quoq; Madaurensis philosophus, affabre depinxit, Prophanæ philosophiæ turba imperitorū ait, vana sanctitudinis, priua veræ rōnis, inops religionis, indiga veritatis, scrupulosissimo cultu, insolētissimo spiritu, deos negligit, pars in cōtemptu tumida non rite venerat, omnes sed inscie metuūt, pauci vero impie diffitentur. Proinde vt gentiles obmittamus, quis ignorat quale nā certamen Christus deus, & saluator noster, aduersum Hypocritas, scribas, ac phariseos inierit, cū illorū quoq; fraude, dolo, & machinatione, mortē acerbissimā, & in-

dignissimā pertulerit. adeo semper improbis virtus exosa
fuit, ac maxime ijs, qui sceleris conscientia agitati, viri ta-
men probi & haberi & cenferi voluere. q̄ potius boni
esse, q̄ videri, atq; id qd ceremonijs ac titulo præ se ferūt
vere moribus exprimere mallent, neq; ipsi alios iniuria
afficerent, nec ab alijs qualia nollent audire ac ppeti co-
gerent. veluti ij q̄ cōtra Christianā institutionē ac bono-
rū morū honestatē in optimū & acuratissime doctū vi-
rum Ioannē Reuchlein, plaustra cōuicijs plena exonera-
re, tam petulāterq; facundiā caninā exercere nō erubue-
rūt. scilicet, ne a gentiliū philosophorū degenerarēt im-
probitate, sed illos tam factis, q̄ verbis, egregie rep̄sen-
tarent. nō de ijs loquor, q̄ causam suā legitime sunt tuta-
ti, iure enim quicqd sit, iniustū esse nō potest, præcipue
tanto sub iudice, sed de illis, qui omisso fidei negotio, de
uoratoq; pudore, tam virulenta rabie, ac execrabilī furo-
re sunt debacchati, vt plane ozimū (quod maledictis
& probris letius, & fœcūdius prouenire dici), cōseui-
se videant. Hæc nō scribo mi Laurens, q̄ liti alienæ me
immiscere cupiā, vel quēpiam cōtra ac deceat, defende-
re intendā, nullius addictus iurare in verba magistri. nō
iccirco q̄ vellicatorū quorundā scriptis ineptissimis ac
leuissimis, me lesū putem, ideoq; stomacher ac pprias
iniurias vltū eā, siquidē haud ita nostra inacuit cōtume-
lia, sed qd sciam, nīl homini ingenuo, maxime vero chri-
stiano, turpius & indignius esse, q̄ tā effrenatis, & teme-
rarijs maledictis ac cōuitijs velitari, tā nephanda & ter-
rīma in multorū ruīnā & scandala pferre, q̄ nec de lu-
pa meretrix, de lenone mimus, de furcifero impurissim⁹
diceret sacrilegus. quæ est em̄ audientiū edificatio, pro-
pter iudæorū libros Christianorum carnes maledicent

Plinius

do deuorare, adeoq̃ cōtumelijs digladiari, vt vix iudat
co, ne dū christiano nomine esse censearis: Quæ est chri
stianæ religionis defensio, si longe acrius q̃ Christiana
mansuetudo pmittat incandescas, ac non solū in tantū
virū fanda pariter & infanda euomas, sed & om̃es ami
cos eius mordicus arripias: Possem & ego stulta illorū
loquacitate irritatus, cōtra insaniētes insanire, ac suaues
illos viros, sibīp̃sis, tanq̃ in speculo ostendere, ni id na
turalis pbiberet eq̃tas, ni id christiana detestaret̃ pietas.
absit em̃ vt a q̃ iunior semp abhorruī, id vergentibus an
nis ppetrare incipiā, atq; imitator sim eorū, q̃ ob linguæ
amaritudinē merito rephendunt. illi loquant̃ spurcicias
q̃ & spurca cōmittere possunt, ego vero diuinis ac chri
stianis institutis edoctus, scio saluatoris esse præceptū,
ne maledicentibus remaledicamus, neue malū p malo
reddamus, qd̃ tantus ille magister non solū ore docuit,
sed re ipsa plane adimpleuit, præstat igit̃ toleranda illius
seq̃ vestigia, q̃ vindicando sanctissima mandata trāsgres
di, siquidē vera in hoc mundo victoria, non ab agendo,
sed patiēdo, cōtrariaq; penitus ratione est aucupanda,
quoniā nō qui iniuriā infert, sed q̃ patit̃, vincit. Proinde
blacteramina hæc non solū non cōtumeliosa, sed admo
dū honorifica mihi esse duco, Siquidē inter reliqua scri
būt, se a Bilibaldo nescio q̃ in Nurenberga læsos esse, tā
q̃ nullius sit Bilibaldus momenti, quoniā ipsīs incogni
tus, cæterū faxit deus, optimus maximus, vt semp̃ illis
remaneā ignotus, ac nunq̃ mihi a talibus benedicat, a q̃
bus vilipendi, q̃ laudari præstat. Antisthenes cū aliquā
do ab improbis extolleret̃, magna inquit anxitate mace
ror, ne forte mali quippiā fecisse videar, me igit̃ igno
rēt, quoniā nec ego illos scire laboro, deinde me Reuch

liniſtā appellant, verū tantū abeſt vt cognomen id egre
feram, vt etiā ſumopere ob illud exultem, Siquidē vere
affirmare auſim, inter cuncta externa, quæ mihi diuina
benignitas vel indulgenter conceſſit, vix aliquid æque
me, ac bonorū vitiorum amicitia oblectare, ꝑcipue, quā
non caſus, ſed literarium peperit conſortiu, eam ſiquidē
tanti facio, vt potentiſſimorū etiam principū dignationi
æquare non dubitem. magnā igiſ eruditorum amicorū
copiā, non ſolū per germaniā, ſed vniuerſam ferme Eu
ropā, mihi eſſe & gaudeo, & gloriſ. Amicus igiſ ma
gnus ille Roterodamicus Eraſmus, defecatū naturæ ſpe
cimen, quē eodem famoſo libello, Theologū eloquen
tem appellare nō dubitant, tanq̃ citra ſacundiā, omni ca
reat ſcientia, amicus item celebratiſſimus ac erudiſſi
mus Reuchlein, viri qui nō ſolum vitæ excelleant ꝑbi
tate, ingenij floreat dexteritate, linguarū emineant va
rietate, eloquentiæ polleāt ſœlicitate, ſed & doctrina ab
ſoluta, eruditione exquiſita, ſciētia multifaria, gloria de
mū veriſſima, tanq̃ Heroes quidā fortunæ aleam ſupe
rauerint, ac virtutis adoriā humanos ferme terminos, ſu
pgreſſi ſint, quis igiſ tantorū virorū amicitia non gaude
ret? quis eorū familiaritate nō oblectaret? ſiue igiſ me
Eraſmiſtā, ſiue nūcupent Reuchliniſtā, nulla cōtumelia
ſed potius me laude affeciſſe ſciāt. Proinde rep̃henſione
nō carerē, ſi Capnionē amicū tā veterē deſenſione mea
fraudarē, maxime cōtra inuidorū cōtumelioſam inſolen
tiā, & tam impudenter, ne dicā nequiter, cōſiſta menda
cia, quæ tñ partim ridenda, partim vero tanq̃ aniles fa
bulæ ſunt cōtemnenda, illud vero prætercundū eſſe nō
videſ, quod famoſo illo libello, optimo viro obijciūt, in
quiunt em̃, vt a iudæis aurum extorqueret, in eorū fa

iudē multa puerfa. scribere nō erubuit. verū o tempora,
o mores, si a iudæis munera accipit, cur nō q̄s dederit?
vbi quando & quantū ille accepit? nū aurum, argentū
ue signatū fuerit? palam ostendunt, quod si minus tantū
facinus cōprobare possunt, vt profecto nunq̄ poterūt,
cur tam nephandī criminis hoīem christianū insimulas
re audent? nōne scriptū est? Quicūq; dixerit fratri suo fa
turē, tenebit ad gehennam ignis. quo igit̃ supplicio di
gni erunt, q̄ proximo suo tā falsa, detestāda, & ab omni
veritate aliena obijciūt crimina? quæ nō solū cohertio
nē exigant temporalē, sed & pœnam mereant æternā,
hæc vere labiorū sunt delicta, ob quæ in laqueū incidit
peccator, qui in p̄ximū suum fabricat malū, & inimicat
aduersus hoīem sine causa. sane cōiectura inquit, tanti
sceleris cōuinci potest. verū o admirandī, nunq̄ probat
p̄sumptio, in ijs, quæ veritati min⁹ sunt cōsona, p̄
de si cōiecturis agendū censent, & nos paulisp̄ rhetorisa
re patiant, siquidē cōiecturis manifeste cōprobabimus,
Capnionē nostrū tantū facinus nō solum nō fecisse, sed
nec si voluisset facere potuisse, ideoq; nec vnq̄ aio volu
isse, Quid em̃ virz christianū ad tantū scelus impellere
debuisset, vt iudæorū amicitiam, & fidei, & veritati præ
ferre dignū duxisset? num illorū amor? verū is odio est
dignissimus. num aduersus christianā pietatem iracun
dia, ac veræ religionis cōtemptus? sed adeo incredendū
id, vt nemo sanæ mentis, tale quid nec fingere, ne dū cre
dere auderet. sed nec reliquis affectibus impelli potuit,
vtpote vir penitus ab ijs alienus. quid igit̃? nunquid iu
dæorū amicitia veritati p̄tulit? & recte quidē inquit,
ob quā cupidine cæcus, & cōmodū, ac diuitias, tātū sce
leris authoramenta cōsequi sperauit, atq; vir grandæuus

& multis honoribus ita functus, christianis denique parentibus ortus, tam dedecorosum quid auderet? qui & ipse egestate non laboraret, verum diuitiis afflueret, filios quibus male parata relinquere posset, nullos haberet, paucis amplius ob ætatem indigeret. Denique qui certo certius cognosceret, etiam si tam detestanda avaritiæ succubere voluisset, iudeos tamen ab innatam avaritiâ, magnâ pecuniâ nunquam exposituros, parvâ nullo sibi visui futurâ, porro, quis crederet virum prudentem, tam inopem animi, adeo mente excidisse, ut ita ingens scelus ac tanti scenâ facinoris, nunquam latere posse consideret? & si homines, certe non deum, quo adiutore ille, ne Atheus putetur, certissimam ex inimicis vindictâ sperat, verum rei gloria & famæ assignatio illum incitavit, quasi perfidorum iudeorum consortiū, aliud quam certâ ignominiam afferre posset, dubia igitur spe, nec vlla necessitate adactus, in certum periculum se committere voluisset, ac innocentem senectutem, ita turpi & inaudito facinore defœdare? pristini honoris inemor, officiorum quæ omnibus præstitit, christiani nominis, æternæ salutis, ac ante actæ demum vite, quæ neque ad tempus simulari, nec vlllo modo mutari potest, & cui longe maior fides adhibenda est; quam invidorum criminationibus universis, quæ subito & facile a sceleratissimo etiam ad tempus cōfingi possunt, pinde cum plane cōprobatum sit, Capnionem nostrum, rem tam improbam nunquam in animum induxisse, longe facilius ostendi poterit, aduersarios pugnâtia dicere, & in ipsius potestate nunquam fuisse, ut iudeos favore suo protegere potuisset (ut obiter prætereâ Ardelionum nostrorum curiosam indagationem, & quâ non deceat magni principis secreta reuelare, ac cōsilia quæ ipse abscondita esse voluit & iussit, passim omnibus diuulgare.)

Qua ppter admodū miror Reuchlinomastiges, tanta
vecordia tantaq; cecitate pculsos, vt impossibilia quoq;
pro certis ac veris affirmare audeāt. Si em̄ Reuchlyn in
iudaicum fauorem quid Cæsareæ maiestati suasisset, nū
ideo Cēsar illi parere coactus fuisset: quinimo si Cēsar,
vt est sapientissimus ac optimus, puerse & iniq; Capni
onē consuluisse deprehendisset, nōne potius in cōtrariā
sententiam, cū ex eius arbitrio cūcta penderent, transi
uisset: debebant equidē illius negotij gestores, tāto acri
us, vt eorū opinio executioni mandaret, instare, quanto
plus Reuchlinū ad iudæorū fauorē inclinatū sensissent.
qd̄ em̄ si malæ cōscientiæ reatus illū exagitasset, ei mole
stius esse potuisset, q̄ si dolens ac frendens, iudæos quo
q;, vna cū libris vniuersis, exuri cernere coactus fuisset.
Nūc vero christianæ religionis defensores illi egregij, ac
acerrimi iudaicæ p̄fidia impugnatores tantis agitant in
temperijs, vt principali penitus omisso negotio, qd̄ t̄s
men longe minori labore, tpe, ac impensa absolui potu
isset, ad linguæ violentā confugiant temeritatē, & bilē,
virusq; omne in Reuchlinū innocentē euomere conten
dant, ac si qs e manibus emissio alite, cū in illū nequeat,
in relictas tñ pennas furenter sequiat. Quāuis non desint
qui prærepti lucelli potius gratia nōnullos insaniuisse,
q̄ veritatis amore cōmotos fuissent autument, & hanc
ipsam Helenā esse contendunt, propter quā tam acriter
conflictauerint. Cæterū vt noxam tam fraudulentā effu
gere videant, hæc oia ob christianæ fidei zelum, se cō
mittere singūt. verū absit vt fides sanctissima, spurcissis
mis ptegetur conuitijs, petulantissimis defendat̄ cauillis,
non docet hoc deus noster christus, quoniā mitis est, &
humilis, nō pmittit vas electionis Paulus, qui cōtentior

nes, emulationes, oblocutiones, cōcertationes, susurrations, tumores, seditiones, vociferationes, suspitiones, cōslictationes, amarulentia, inuidiam, maledicentia, calumniā, & reliqua id genus vitia, longe a christiano homine abesse, & vult, & precipit, modestia inquit, vestra nota sit omnibus hoibus, quoniā non cōfusionis deus, sed pacis, Quid christi successor Petrus, nonne malum malo, cōuiciū cōuicio retaliare phibuit: cūcti deniq; tā gētiles q̄ christiani viri boni, semp pestilēs linguæ vitiū acerrime sunt detestati, qd & impudentissimo cuiq; maxime contingere solet, Quæ si Reuchlinomastiges illi, exactius perpendissent, nunq̄ sanctissimā christi fidem, sordidissimis maledictis, ac illotis sermonibus stabiliendā esse censuissent, nūq̄ tantū dehonestamenti Idolū erexissent, p cuius os impurū, qd ipsi palā non auderent, tā effrenate deblacterarent. Nūc vero psonati, ac digno operculo tecti, omnia etiā in omnes sibi licere arbitrant, nam vt reliquas eorū sileā ineptias, nonne hoc piaculo, vel risu potius dignū, qd tot tantosq; viros tā effrenate lacescere, tam petulanter sugillare nō verent: Conradū Peutinger. Io. Cuspinianū, q̄ ambo præter iuris laureā, ea fulgent dignitate, vt diuī q; Cæsaris etiā secretioribus adhibeant consilijs. Ioachimū vadianum, Simonē Lazium, quos oēs honoris gratia appello, Quinimmo cauillis insectari sat non erat, nisi ex hominū eiectos nūmero, etiā brutis impurissimis æquiparassent, mutuis inquit se laudibus extollunt, ac porcorū more fricant, proh q̄ digna recutito homini, ex hara comparatio, cui tamen, cū haud amplius iudaizare dicat, Suilla, ex qua apud veteres quinquaginta ferme sapes fieri solebāt, veluti pernæ, petasones, lucanica, tomacula, insitia, &

reliqua id genus farcimina, non tam abominale, sed in
delitijs merito esse debet, nam oia munda mundis, porro
germaniae nostrae spem certissimam, Vdalricū Hute
tenum, & nobilitatis stemmate clarū, & ingenio ac eru
ditione prestantem, non solū pseudochristianū appella
re, sed etiā si dijs placet, tali viro palā minitari, ac omnē
defensionē penitus adimendā esse censent, nemo inquis
unt, nobilitate excusandus videt, quin potius maioris
bus suis degenerans, posteris omnibus suae ignobilita
tis relinquet exordiū, ex qbus plane liquet miserrimos
ac temerarios hoies, & cōditionis proprię oblitos, & in
terneciuo odio ita extra terminos mētis esse positos, vt
liberū arbitrium ac violentiæ sceptrū in vniuersum ge
nus humanū accepisse certissime putent, ac firmiter cre
dant, ita vt cūcta quæ vel maledicendo, vel maleagen
do, perpetrant, illis æqua, digna ac iusta esse videant. q̃
vellem serij viri modestius ac verecundius egissent, ne
astutulis suis cōmentis insigni Theologico nomini, tam
turpes notas inuissent, verę philosophiæ maiestatem a
deo temere p̃sanassent, quandoquidē & si aduersarios
suos vt male audiant dignos putāt, indigna tamen quæ
male dicat sanctissima Theologia, indigna christiana fi
des, vt a Neophyto defendatur, & tanq̃ cœlum illius hu
meris sustineatur, non ita salus defecit populi, vt alienis
genę nostræ fidei mysteria, ne dicam oues lupo cōmitti
debeant, sed multas deo inquirunt animas, noster lucra
tus est, verum si ij quoq; illius instar tanq̃ mali genij seu
Cacodæmones quidā, inter fideles grassari incipient, tū
demū manifeste cognosci poterit, num tā acerba discor
diæ seminare poma, num tantas inter christianū popu
lum turbas concitare, lucrum, seu rectius damnum sit ap̃

pellendū, Siquidē conficte ad tempus simulationi, temere credendū haud esse, præter cætera vel Hispaniæ nobis documento erunt, longe em̄ satius erat, Marranos quos appellant, in natua remanere p̄fida, q̄ veritatem palam simulantes, clanculū iudaizare. Quid em̄ de male mutatis illis, maxime iam inueteratis sperandum sit, varia edocent exempla, quin Cæsar ipse nup̄ Augustæ multis audientibus, mirā & lepidam retulit historiā qua plane ostendere voluit iudeis cōuersis, idem cū christiana cōuenire pietate, q̄d soricum generi cū felibus. atqui cūcta aiūt euangelia egregius discipulus noster memoriz cōmendauit, verū an ulli quid apostolus præcipiat scitis; nō auditores inquit, legis iusti sunt apud deū, sed qui legē opere seruant iustificabunt, & diuus iacobus quæ vtilitas fratres mei, si fidē dicat aliquis habere se, facta vero non habeat, num potest fides saluū facere illū; igit̄ quo pacto mandatorū obseruatores erūt; quorū sermo vt Cancrena serpit; ne erretis fratres, deus nō iridet nō est hoc verā fidem seruare, si ea protuleris, quæ nihil nisi ad audientiū subuersionē cōducunt, nō licet christiana pietatem verbo & lingua simulare, re vero & opere etiā iudæis p̄nitiosiora cōmittere, quibus p̄fecto nil iucūdius, nil posset accidere exoptabilius, q̄ cōtribules suos, orci cancos, ac spurcissima illa p̄pudia inter christiana hoies, tam improbe debacchari, tam infeste obganiantes cernere, vt plane ideo cōuersi censerent, q̄ libere christianis cōuiciari, & ea p̄petrare audeant, q̄ ne dum apud iudæos, sed nec imaniſsimos permitterent Barbaros, proinde scripta tam p̄terua, & insigni stultitia famosa, sua esse persancte negant, nō quia displiceant, sed q̄d admiratione ingenti digna videant, Cæterū si tam in

cecinna, ac omnis doctrinę expertia, non composuere,
 cur edideret: vel si neq; edidere, cur ne ederent impedimen-
 mento haud fuere: an ignorāt in parī culpa esse eū, qui
 damnū dat, & qui nō prohibet, cū phibere possit: euolu-
 uant scripturas, & inuenient quā poenā mereant, q acq̃e
 scunt ijs, q morte digna cōmittunt, vel saltem cōmitten-
 tibus obuiā non eunt. Equidē si glorias inanes flare ac
 ingeniū, siue suum, seu alterius cuiuscunq; ostentare cu-
 piebant, multa cū hebræa, tum græca. & latina superāt,
 quibus nisi litiū auidi fuissent, plusq; si Ephesiæ dianæ
 templū incendiissent, clarescere poterāt, cur non magnū
 Erasmi sribēdo, emendādo, & vertēdo potius imitari
 voluere, q̃ maledicendo, optimo Capnioni impedimen-
 to esse, ne quæ iam diu parturiebat, aliquando pareret:
 poterāt & ipsi sui specimē dare, si Capnionis verbo mi-
 rifico, mirabilius, grauius, copiosius, si arte cabalistica ac-
 cutius, præclarius, absolutius qd protulissent, verū non
 deerat animus, voluntas, libido, sed deerat ingeniū, do-
 ctrina, solertia, quod si ob literarū græcarum & latinarū
 ignorantia, seu vt ipsi volūt contemptum, hebræis poti-
 us (cū aliter nō valerent) famā querere dignū duxissent,
 poterant, si non ppria industria, saltem iudei, vel christi-
 ani cuiusdā recutiti opera, multa quæ adhuc siue in Ca-
 balistica seu Thalmutica doctrina recōdita latebant, in
 lucē proferre, ac ex ijs quæ vel bene literatus Capnion,
 vel Paulus Rizius & ipse amicus noster eruditus, præ-
 terierāt, dei ecclesiam locupletare. quanto fuisset lauda-
 bilius, arcana legis eruere mysteria, q̃ linguā garrulā ve-
 lut ense, maledictis acuire, q̃ ignauo animo, ac procas-
 ci ore, tam bruta ac omni dedecore maculosa effutire. si
 qdem poterāt de triginta duabus scientiæ vijs, de diuis

Cabalistis
 ca Thal-
 murica
 doctrina.

nis attributis, & vnitatibus abstractis, & q̄modo ois san-
 ctitas in deo comprehendit & cōtinet, verba facere, vel
 vltra diuina noīa, tam mirifice a Capnione explanata,
 legis ac synagogæ vocabula, seu decē magni dei sigilla,
 totidēq; iusti cornua, cum literarū combinationibus, &
 psalmorū secretis depromere, quid cabalisticæ de verbo
 dei, virginis partu, incarnatione filij dei, morte, resurre-
 ctione, corporis eius in cibū & potū conuersione sentie-
 rēt, ostendere, quid de cœli & terræ creatione, materia,
 forma, separatis substantijs, anima intellectiua, fortuna,
 fato philosopharent, explanare, hæc si potius q̄ sordida
 deliramenta tractare voluissent, deprehēdissent procul
 dubio, quomodo pax & veritas, principiū de principio
 & lingua praua deterior q̄ idololatria esse potuisset. sig-
 dem in libro midras tehelim plane reperissent, quando
 peccauerūt filij israel in deserto, nō fuisse latā in eos ius-
 dicij sententiā, donec ppetrarūt peccatū oris, & hoc est
 quod scriptū est, & audiuit deus vocē sermonum eorū.
 nūc vero odio excecati, cū talia audire qualia protulere
 indignissimū putant, seipsos rephendere & cōdemnare
 identidē pergunt, persuadent em̄ sibi, aduersarios suos a
 nullo vnq; sacerdote, absq; publica reclamatione absol-
 ui posse, Cæterū quis eos a seueri iudicis absoluet iræ?
 Hypocrita ait christus, ecce primū trabem de oculo tuo
 & tūc prospicies vt educas festucā, quæ est in oculo fra-
 tris tui. verū inquirunt cū tam acriter linguę vitiū detesta-
 ris, nunquid Capnionis & Reuchlinistarū conuicia tibi
 laude digna vident; quinimo & tu quoq; decus & præ-
 sidiū nostrū, semijudæū appellasti, & de terra viuentiū,
 (cum tamen christianus sit,) delendū esse crudeliter ius-
 dicasti, quibus, ne meipsum cōdemnare videar, respon-

Neutri ge-
 neris.

deo, nec mihi Sillos, neq; aliquando placuisse Sillogra-
phos, maxime q̄s cognouerim non laceffitōs, sed vltro
incessantes, obscœna iaculari scōmata, verū quis nam a
campana tam absona & rancidula, vnq̄ sonū expectas-
set suauiorē aut lepidiorem? vt obiter reliqua omittā nu-
galia, quæ tamen p̄sancte ac decenter edita esse, admis-
randi illi Reuchlinomastiges, & scribūt, & certissime si-
bi p̄suadent, a nemine q̄ a semetipsis miserabiliter dece-
pti, sibi itaq; imputent, sibi acceptū referant, si tam egre-
gio tintinabulo, sua quoq; & tam digna echo responde-
re nō desinit. Cæterū vt & ea, quæ ad me p̄tinent, dilue-
re videar, rem etiam altius repetere cogor, cū in celebri
illo conuentu, ab inuictissimo Cæsare Maximiliano sub
initū Treueris indicto, ac inde Coloniā Agrippinā
translato, pariter & Nurebergensis Reipu. & cunctarū
Sueuiæ ciuitatū, quæ laudabili illa cōfœderatione cens-
sentur, legatū agerem, incidi Coloniæ in libellos quos-
dam, recens a Capnione nostro in publicum emissos, in
quibus, Reuchlinomastigarū delitias acrius impetere
videbat, quibus lectis, illico virum tantum, perq̄ amice
monui, vt animum moderaret, ac potius ratione vteret-
ur, q̄ suis affectibus indulgeret, nec quemp̄iā dignum
dūceret cui malū pro malo, seu pro cōuicijs cōuicia red-
deret, equidē Mopso tum certius, quo nam res euasura
esset conspiciebā. at ille cōtumeliarū insolens rescripsit,
me plane Heroica docere, sed Hæreseos crimen atrocis-
us esse, q̄ vt vilius quāuis mansuetū ingenium id ferre
posset, sua cuiq; dolere in alienis facile quēq; temperatū
esse. Verū quis pudentis & verecūdi animi esset, vel fal-
sa vituperatione grauari, me tamē monitore se post hac
temperaturū pmisit, nū igit̄ qd in amicissimo, optimo,

ac doctissimo viro displicuit, id mihi in lōge disparibus
 hominibus placebit; absit hoc, neminē enim vnq̃ laude
 dignū putabo, quem in causa etiā iustissima, minus mo-
 deste rem suam videbo agere, minime vero omniū inso-
 lentissima illa poscinumia, quæ nō nisi mendicando vi-
 ctū & vestitū quæritant, publicaq; sustentant eleemosy-
 na. Sane non ego quempiā crudeliter damnaui, sed ille,
 qui fratris sui detractorem homicidā esse, homicidam
 vero partē in regno dei non habere asserit, ille inq̃, qui
 molam asinariā in collo nugonū ac rabularum suspens-
 dendā, ac eos in maris profundū demergendos esse cen-
 set, verū Theologiæ inquirunt, & christianæ fidei defens-
 solem acerrimū, semijudæum appellasti, sed vtinam ille
 mansueta & christiana potius dogmata, q̃ impiorū lu-
 dæorum execrandas blasphemias, ac vitiosa verba am-
 plexatus fuisset, christi nomen audio, christi vero præce-
 pta nequaquā adimpleri video, nonne Apostolus maledi-
 cos fideliū consortio depellit; nōne Sathanæ vt discant
 nō maledicere tradit; & qd plus est, tanq̃ indignis cœlo-
 rū regnum adimit, qui igit iudæis nephandiora halucina-
 tiōes, num christiano noīe dignus videri poterit; a fructi-
 bus eorū, veritas ait, cognoscetis eos, quāuis epistolam
 illam nō emisierim, nec ita scripserim, vt aliquando in pu-
 blicū exituram putarē, nollem em̃ quempiam christianæ
 num scriptis meis offendere, longe minus famosorem
 reddere, eum, q̃ oris vitio, priusq̃ fidei merito clarescere
 voluit, quem etiā si emendare vellem, haud possem, nec
 si possem magno opere curarē, vtinā potius sancte & in-
 nocenter vitam agere ppriam, q̃ alienam etiam iustissimā
 me carpere detur. Cæterū quid nam in causa esse dice-
 mus, qd nōnulli haud vulgaris existimationis viri, & q̃

Falsę phi-
 losophiæ
 causa.

In reliquis negocijs nō penitus ineptiant, ita tamē non
 unq̃ excandescāt, vt plane Timonianā illam amarulen-
 tiā referant, ita plerūq̃ pueri sensibus existāt, vt tanq̃ in-
 fantuli, Succino seu Corallio, amuleti gratia, indigere vi-
 deant. Equidē nil aliud q̃ falso nominatā sciētiam, & in-
 anem deceptionē, vt Apostolus inquit, iuxta traditionē
 hominū, iuxta elemēta mundi, vt nō iuxta christum. q̃
 nōnulli profitentes, circa fidem aberrarunt, semper dis-
 scentes, & nunq̃ ad veritatis cognitionem peruenire va-
 lentes, non quod artem vituperem, quæ vt Cicero ait,
 sicut sobrie percepta ingenii acuire, ita & puertere pos-
 terit, si multū temporis, ac de verbis magis, q̃ de rebus,
 deq̃ victoria magis q̃ de veritate sollicitū teneat. quod
 vitii, tam christianorum Theologi, q̃ gentiliū sapientes
 admodū prudentiæ contrariū esse putauerūt. Proinde
 dialectices cognitionem, & Theologis non indignā, &
 doctissimo ac optimo cuiq̃ ornamēto esse existimo, dū
 modo sincera, & nō deprauata tradat, dūmodo tempe-
 & modo intra suos terminos coerceat, & nō cū literis
 cōfundat sacris, q̃niā nullū consortiū Christi & Belial,
 lucis & tenebrarū. verum non parū multos inuenies, q̃
 absq̃ deprauata illa cōcertatione, ac argutiarū fuligine,
 sanctissimā Theologiam consistere minime posse existi-
 mant. hinc est q̃d vetus testamentū a similibus negligit,
 nouū q̃si idiotis scriptū vilipendit, Apostolorū doctri-
 na vix lectione digna putat. Hinc q̃d diuus Hieronym⁹
 tanq̃ grāmaticus contemnit, beatus Augustinus etiam
 nū ignorantia damnat, quē dicaculi illi nec argumenta
 sua si in vitā reuerteret, intellecturū somniant, nō ppter
 rudem illam & insignē barbariem, sed quia instantiarū,
 relationū, ampliationū, restrictionum, formalitātū, hec

Dialecti-
 ces cogni-
 tio digna.

ceitatū, quidditatū, & reliqua id genus portentosa voca-
 bula ignoraret, quicquid enim syllogismorum spinositate non
 intorquet, id penitus a Theologica eruditioe alienū pu-
 tant, atqui Apostolo & diuo Hieronymo teste sanctissi-
 ma Theologia, dialecticis non indiget inuolucris, quę so-
 lum ambitiois sint cōmenta, & ideo sacris intermixta, vt
 sciētia cognitu difficilior putaret. quid igit mirū si tam i-
 epte plerique viuāt, cū tam inepte philosophentur: quid mi-
 rū, si a litigandi cōsuetudine eam cōtrahant labem, vt in-
 ter oēs & in omnibus superiores esse cōtendantur. Quid
 denique mirū, si cū in prophanis gentiliū studijs cōsue-
 scant, minus christianā Theologiam, & recte viuendi nor-
 mam, tenere videantur. Proinde Hebræos & Mathemes-
 tanos assidue legē suā manibus versare, & in illa medi-
 tando operam quotidianā insummere cernimus, apud
 christianos vero non desunt, quę Euāgelicę doctrinę bene-
 multa, tanquā præstantiora, subtiliora, & utiliora præferre
 soleāt, omnēque Theologię vim in sola speculatione po-
 sitā esse arbitrantur, quia & superna recte consyderare, in-
 ferna vero prudenter gubernare, potissimū vero Hereti-
 corū discipulis se obuiam ire posse iactant, tanquā Hussi-
 tana labes quotidie haud latius serpat, & magnā Bohe-
 mię & Morauię partē, non sine Christiani nominis damno
 et ignominia late occupauerit. Hereticos igit potius ad
 verā religionē cōuertere decebat, quā christianorū famā
 tam sordidis & vitiosis verbis depeculari, vtinā minus
 quidā cōtemplarentur, plus vero bene agendo proficerēt
 quādoquidē non verbis, sed operibus laus debet, & is
 maxime, vt Plato ait, audiendus, cuius dictis facta cōue-
 niūt. Nunc vero quādoque adeo scēliciter speculationi in-
 cumbūt, vt post multorū annorū contemplationē, post

Nulla gēs
 magis le-
 gē suā ne-
 gligit quā
 christiana

vertij coeli peragationē, super Donatū, vel Alexandrū
 Gallū, cōmentaria scribere haud pudeat. Non o Amici
 si quis persuasione propria, doctrinę opinionē induerit,
 aut Theologico nomine sibi ipsi dignus videbit, ideo &
 cōfestim mihi doctus, seu Theologus erit, quēadmodū
 nec sanctus, si sanctitatis opera minus p̄stiterit. equidē
 magnū qd, & multa laude p̄sequendū censeo, si quis ad
 tantę eruditionis fastigiū aspirare, ad tam exoptatā me-
 tam peruenire valeat, vt Theologica appellatione nō in-
 dignus habeat, quādoquidem, nō vulgi opinione, non
 æqualiū adulatione frigida, sed vigilijs, sudoribus, al-
 gore, inedia, imensis deniq; ac infinitis laboribus, tam p̄-
 clarū ac ingentis sapientię nomen acquiri poterit. Si
 quidē pręter grammaticā literas latinas, gręcas, & he- Latine lre
discende.
Gręce.
 bręas callere necesse est. latinas, ne ob linguę ruditatē
 Barbarus potius q̄ Theologus esse videat. Gręcas, q̄
 niā sine illis, nec cyclicę disciplinę, nec Aristoteles ipse
 intelligi queat, vt interim quantū fidei nostrę prodesse
 valeant p̄tereā, Hebręas quia in illis, & veteris & noui Hebręe.
dialectica
discenda.
rhetorica.
 testamenti mysteria cuncta deliteant, dein Dialectica q̄
 q̄ discat, verū syncera, & suis terminis circūscripta. Pro-
 inde si Theologo Rhetorica defuerit, haud intelligo,
 quo pacto populo christiano verba veritatis annūtiare
 valeat, si saltē vt vulgus intelligat docere, & ita affectus
 mouere velit, vt obiter aculeus in hoīm mentibus relin-
 quat. qd si indoctę plebeculę cōclusiōes, corrolaria, po-
 rismata, & reliqua dialecticę incognita vocabula, nimis
 iactanter ostentare velit, dormiat, seu penitus actio fri-
 gescat, necesse est, naturalis p̄tereā ac transnaturalis, ad Philosofia.
 vnguē noscenda est philosophia, verū non solū ea, quā
 Aristoteles diligentissime prosecutus est, sed & diuinior

Platonis
philoso-
phia.

illa, in qua sine controuersia optimus Plato palmā obtinuit, quē & Tullius philosophorū deū noiat, & diuus Augustinus ideo elegisse fateē, quoniā de vltimo hoīs sine, & de natura diuina melius cæteris philosophis dixerit, vt interim dereliquis, tam nostris, q̄ græcis sileam Theologis, q̄ oēs vno ore fatent, Christianæ religioni, maxime Platonica cōuenire Theologiā, verū illa absq̄ quatuor mathematicis disciplinis, Geometria scilicet, Arithmetica, Musica, & Astronomia haud pfecte intelligi poterit, q̄propter i Platonice scholæ vestibulo inscriptū fuisse memoriæ proditū est, nemo huc geometriæ expē ingrediat, igit̄ & illæ discant. quo em̄ pacto quis absq̄ numeris Pythagoricis, seu Platoniciis lineis, animi generationē cognoscere posset? quēadmodū ex elemētis & linea recta, in circulū flexa constituat, & p̄ quem modū ex eodem circulo duo producti, quorū ex altero septem annexi circuli, naturæ animæ tribuant. Sed & qd̄ Plato de primo omniū ente, & eius summa simplicitate, ac vnitāte sentiat, quēadmodūq̄ æquiuoce, q̄modo vniuoce, ens de entibus p̄dicet, scire op̄preciū est. Quid de æternis & incorporalibus substantiis, vtrū ex nō ente oīno an ex ente aliq̄ modo, & aliquo modo nō ente, pductæ sint. Quid de essentiarū incorporearū differentia, num aliqua distinctio sit in substantiis separatis, præter intellectū. Quid de formis, an formæ aliquæ sint separatae, an prorsus inseparatae, qd̄ si separatae, vtrū per se subsistent, an in secundis animi cōceptibus positæ sint: num formæ abstractæ sint cōpositæ: Vtrum mundus ingenitus atq̄ æternus: vel genitus & fluxus: aut simul genitus, & ingenitus, & æternus: Quot motuū genera, quid de pudentia philosophet, & an p̄ se sit, vel p̄ accidens, de lato:

de libero arbitrio & reliquis innumeris, vt ex multis ad
 modū paucula delibem, quin & hoc scire refert, in qbus
 Plato & Aristoteles dissidere vident, quid apud Aristo-
 telem materia & forma. Quid apud Platonē magnū &
 parū, & cur materiā, hoc aliquid appellarit, an prima
 vel secunda substantia potior sit, vtrū Aristoteles animā
 mortalem esse voluerit nec ne, quibus rationibus Plato
 immortalitē p̄obet: quo pacto Entelechia motui quo
 per se anima mouetur cōueniat: quid vehiculū animæ
 Plato appellarit: & an virtus atq; honestum, vel potius
 contemplandi scientia vltimus hominū finis censi de-
 beat, hæc & cūcta reliqua, in quibus tantī viri, seu con-
 ueniant, seu discrepent, siue in rebus naturalibus, siue
 diuinis, siue ijs quæ ad mores, siue ad differendī ratio-
 nem p̄tinent, virum doctū, & Theologico noīe dignū
 examussim scire decet, p̄inde historia quoq; Theologo
 haud negligenda videt, quoniam illa & libri sacri sunt
 referti, & res gestæ ac temporū omniū ratio illius serie
 recte explicant, præcipueq; is sapiens habetur, qui ex
 præteritis futurorū euentū, prudenter colligere, & gna-
 uiter præuidere nouit, Porro, si Theologus nec iure no-
 stro iam diuino q̄ humano peritus erit, non video quo
 pacto diuina scite, ac sancte gubernare, vel humana so-
 lenter, & legitime administrare valebit, nūl igit q Theos-
 logica latrea se dignū arbitrat̄ ignoret, sed ita pruden-
 tia, eruditione, vsu, experientia excellat, vt plane quēpiā
 exquisitæ sapientiæ & doctrinæ virū referre videatur.
 Qualis olim fuit Io. Camerarius vangionū episcopus,
 Io. Picus Mirandulanus, Bohuslaus de Hassenstein, Io.
 Leyserpsgius, Engelhardus Funck, Io. Rays. Io. Cuno,
 memoria quorū inter beatos perpetuo cōnumere, Ex

In Phos
done.

Historia.

Ius diui
quo nū & hu
manum.

viuentibus vero quibus est Reuerendissimus Princeps Cardinalis Gurcensis, Io. Fran. Miradulę dominus, Hermanus comes de Neucnar, Bernardus Adelmā, Iacobus de Bānissis Decanus Tridētinus, Marquardus de Stein Sebastianus Sperantius, hic Babenbergensis, ille vero Brixinēsis Præpositus, Bolfgangus de Tanberg Patruis, Erhardus Truchses Eytautiēsis, Andreas Fuchs cum fratre suo Iacobo Babenbergensis decanus, Io. de Staupitz Augustinensiu vicarius, Kilianus Leyb in Rēbdorff Prior, doctrina trilinguis, Io. Macheysen minorū puincialis minister, Gregorius Muffel Carmelitarū puincialis, Melchior Pfintzing diui Sebaldi, Georgius Beheim sancti Laurentij Nurenbergæ Præpositus, Erasmus Roterodamus, Io. Speyserius, Io. Eckius, Paulus Phrygio, Io. Oecolampadius, Esticampianus, Io. Cocleus, Thomas Murner minoritanus, Vuenceslaus Linck, Martinus Lueder Augustiniani, omnes sacræ Theologiæ doctores, Theodericus zobel, Io. Quęstenbergius, Iacobus Vinphelingius, Georgius Reus Nurenbergæ, Georgius Reyft Friburgæ Carthusiani priores, Vuolfgangus Volprecht Augustinensiu Nurenbergæ prior, Io. Lang, Io. Fug, & ij Augustiniani, Io. Cæsareus, Conradus Pelicanus minoritanus, Benedictus Chelydonius, Hieronymus Emser, Mucianus Ruffus, Io. Berner, Georgius Spalatinus, Thomas Venatorius, Io. Haneerus, & qualis tu in primis existis doctissime mi Laurēs, vt ex multis Paucissimos recenseā, consultoq; prætereā reliquos literariæ rei procures, q̄ sacris initiati nō sunt, moribus tamen ac vitæ probitate admodū excellant, super omnia vero Theologus vitij oībus careat, ac virtutibus cunctis abundet, ne facta doctrinæ cōtraria esse

deprehendant, quoniam non in verbo neq; lingua, sed opere & veritate laus omnis consistit. atq; non ex omni ligno mercuri⁹ exculpi poterit. verū haud ita sentio qd sine literatura Ethnica christi doctrinā, mancā esse putem. absit hoc, nam sapientia diuina, humanis non indiget inuentis. ideo & absq; Platone, ac Aristotele, etiam ad summum Theologiæ fastigiū viam patere certissime scio, & planiorem sane per quā ex nostris Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Hilarius, & reliqui innumeri, ex græcis Origenes, Basilus, Nazanzenus, Athanasius, Cyrillus, ingressi sunt, nō reprehendo si quis beati Thomæ, vel subtilis Scoti, reliqua deniq; cunctorū speculantiū scripta, vel ad vnguē calluerit, verum sacras literas cūctis gentiliū nugis, longe anteponendas esse dūco, in illis itaq; ingeniū exerceant Scioli, & puerilibus Isagogarū cōmentationibus inuigilare non desinant, dūmodo pfectioribus, quos viderint excelsiora, digniora, ac meliora eligere, non inuideant, sed potius æqui boniq; faciant, si illos christi dei nostri euangelicā doctrinā, Dialecticā, ~~vetus~~ instrumentū Phisicā, magni pauli & Apostolorū dogmata Metaphisicā, priscorum deniq; Theologorū scripta logicā præferre cognouerint, vtpote quæ pro supbia humilitatē, p contentione æquanimitatein, pro inuidia Charitatē, p cunctis demū vitijs virtutes cunctas amplecti doceant. Eristicā & spinosā Theologiā sibi retineant, ijs qui speculando cœlum cōtingere nequeunt actiuā & euangelicā relinquant. Qua tu, vt ad te meus vertatur sermo, optime ac venerande Capnion, potissimum instructus, omnes iniurias ac cōtumelias, vt christianum decet masculo feras animo, quemadmodū enim qui cōtra æquitatem proximū

Sine gentiliū literatura theologica eundere possunt.

suum lædit, vir bonus haud appellari meret; ita, & vir
 fortis minime erit, q̄ res aduersas tolerare nequit, maxie
 me lingue rabiem, ac imperitorū voces profanas, in pri
 mis itaq; regiū esse putato, male audire, præcipue a pale
 liatis illis mendicabilis, & quę innata sua inuidia semet
 torquere solent. siquidem nemo vnq̄ tam absolutæ fœ
 licitatis fuit, qui malignantiū dentes & calumnias eu
 tare valuerit, nec vlla ratione fieri poterit, vt viris ma
 gnis maledici defint. nā vt de prophetis & christo deo
 nostro, tanq̄ maiori qui rebus comparet humanis sileā,
 nōne omnes viri boni ac virtute præditi, semp & vbiq;
 persecutionē perpeffi sunt, & vt Ethnicos prætereā, qd
 Alexander præsul Alexandrinus, qui in concilio Nicea
 no contra Arriū subscripsit, ab æmulis perpeffus sit les
 gisti, qd Origenes, Cyrillus, Gregorius Nazanzenus,
 Athanasius ab Arrianis, Basilius a valente, Cyprianus
 ab inuidis, Tertulianus a clericis, Chrysostomus a mu
 liere etiā pulsus est, Boetius a Theoderico interfectus,
 diuus Hieronymus & Aurelius Augustinus, nunq̄ im
 proborū caruere morsibus, ergo igit̄ generosissime Reu
 chlin tu ne cede malis sed contra audentior ito, deo em̄
 dignus es visus, in quo experiet̄ quid pati posses. siquis
 dem nil tibi prodesfet laudari ab illis, quibus placere pe
 ccatū est. si hominibus placerem Apostolus inquit, chri
 sti seruus nō essem. nulla maiori laude affici poteras, q̄
 tam improbe culpari, vsq; ad tempus scriptū est sustine
 bit patiens & postea redditio iocūditatis. nil deerat qd
 Laus Ca virtutū tuarū cumulo accedere posset, maximis honori
 pnionis. bus funct⁹ eras, eam vitā exegeas quā optimus quisq;
 etiam votis expetere deberet, in te natura oēs vires suas
 cōtulerat, eruditione vbertim excellueras, literis latinis

ornamento fueras, græcas ferme primus Germaniæ intuleras, Hebræas non absq; singulari industria, & ingenti admiratione didiceras, foelicissimi ingenij tui q̃plurima, sed nō vulgaria monimenta reliqueras, tam numerosis igiꝛ artibus, ac supra captū cogitationibus arduis, cursum cōpleueras, ac solū hoc deerat, vt aduersitate aliqua insigni, animi tui magnitudo p̃bareꝛ, ac tanq̃ aurū igni examinareꝛ, en occasio tibi oblata est egregia, qua fortitudinis, cōstantię, ac p̃bitatis tuæ specimē singulare præbere posses. illā igiꝛ benigne amplectere, ac æquanimit̃er & patiēter aduersitates tuas sustine, maxime vero linguæ violentiā, ac verborū temeritatē, quæ nil aliud q̃ scelerati animi indicia & testimonia existūt. Siqui dē insimulari quis innocens pōt, reuinci nisi nocens nō potest, magnumq; exemplū nisi mala fortuna nō inuenit, ac solū eum quē diligit deus corripit, & castigat omnem filiū quem recipit, nisi certares minime coronam reportares, quis enim sanctorū sine tribulatione coronatus est: aut quis vnq̃ tam absolute foelicitatis extitit (si tamē foelicitas aliqua rebus humanis inesse potest) vt vitā sine miseria, calamitatibus, erumnis, aut saltem aduersitatibus quibusdā exegerit: q̃d si quā indigna & nequanda ego q̃q; ab æmulis ptulerim, recensere deberē, ante diē clauso cōponet vesper olympo, verū diuina benignitas, me hucusq; ab inimicorū insidijs tutum reddidit, ac ex ore leonis & draconis animā meam cū iam minimo minus interiret q̃ sepissime eripuit, laudabilis vero tolerantia, quā ferme obcallui, & qua nil in hominibus prestantius aut cōmodius reperiri poterit, omnes aduersitates æquanimit̃er ferre docuit, pariter & tu exuperantissime Reuchlyn, sup dominū curam tuā iacta, & ipse

Cōclusio

te enutriet, ac causam tuā discernet. nemo em̃ qui domi
no credidit derelictus est, & nemo qui in eum sperauit
confusus est, qui nisi tecū fuisset tot aduersitatibus resis
tere minime potuisses, sed patientiā Iob audiuisti, & fi
nē domini cōspexisti, q̃ est benedictus i secula. Proinde
qd̃ Zoilis nostris, ob tam impudentē & multifariā ver
bigerationē imprecemur, num superiorū & inferiorum
gratiā malam? num vt species mortuorū, & quicqd̃ ma
niū ac laruarum vbiq̃ est, semp̃ obuias habeant? omnia
noctiū occurfacula, omnia bustorum formidamina, o
mnia sepulchrorū (vt ille ait) terriculamenta, num haud
tolerandā foeminei sexus indignationem? num magni
dei, num prophetarū maledictiones vniuersas? num eo
rū instar, vt erubescant, & in æternum ingemiscant? mi
nime gentium, absit em̃ vt & nos sub christiani nomis
nis prætectu Iudaizare, aut veteratorū quorundam p
fectissimi discipuli esse videamur, sed qd̃ precemur? sci
licet vt conuertant̃ & viuant, sanio rem̃ mentē induant,
iram comprimant, linguā & affectus refrenare discant,
meliores laceffere haud pergant, malitiā, arrogantia,
inuidiā, cū reliquis vitijs cunctis longe arceant, igno
rantiam deponant, animū optimis disciplinis excolant,
Euangelicę veritati sedulo inhereant, Paulinæ & prisco
rum Theologorū doctrinæ rectam operam impendāt,
a Sophistica garrulitate desinant, verbis & operibus le
gitime philosophari assuefcāt, maledicere & malefacere
penitus dediscant, deniq̃ omnē malitiā abijciāt, virtu
temq̃ adeo amplectent̃, vt eam sanctitatē & innocentia
am, quā verbis, moribus, victu & vestitu, coram homi
nibus referre vident̃, etiam in conspectu altissimi, plane
operibus, & re ipsa præstare valeant, Cæterum ne iam

epistola fabulam ipsam prolixitate sua exuperet, ad te
mi Lautens noster redeat sermo. ego cum animi laxan-
di gratia Luciani Piscatorem plegissem, ac is p belle no-
stri capnionis negotio conuenire videret, pretiū operi
haud defuturum putauī, si eum in latinam linguam cō-
uertissem. Cum vero conatus inter tot negotia, vtcunq;
successisset, potissimū tibi, nasutissimi hominis sales di-
caui; Cum quia vetus amicitia, olim Romæ contracta,
cum magno tibi intercedit Reuchlyno, cuius doluisti
sape dolore. tum quia officijs, & amorī tuo, studiorum
meorū partem haud tenuē deberi existimem, Equidem
natura rerum parens, cum vires suas experiri, ac quid
efficere posset, in te vno ostendere vellet, præter ingenij
foelicitatem, & eruditionis copiam, ea te donauit huma-
nitate, ea ornauit comitate, vt nil tibi esset iucundius, nil
exoptabilius, quā si ea, quæ sub mercede & multis didi-
ceras sudoribus, amicos tuos gratis docere posses, hinc
est, quod haud parum multa, quæ antea ignorabam tā
i Astronomia & Mathematicis disciplinis, quā secretio-
ri philosophia (non de superstitione sed sancta loquor) ar-
te medendi, ac marcialiū tormentorū vsu a te pceperim.
siquidē, haud secus belli q̄ pacis artes egregie calles. vt
pote qui, vi, Alexandri machinarū quondam præfectus
fueris. sed vtinā cum tam innumerata doctrina sis præ-
ditus, vt nil te, siue in diuinis, siue humanis literis fugi-
at, longa rerū experientia admodum exelleas, Græca
& latina facundia ita polleas, vt nemo tibi ætate nostra
præferri possit, plus cōmuni studioforum vtilitati cōsul-
lere, magis posteritatis curā gerere velis, quandoquidē
in literario delitescere otio, ac tibi ipsi potius viuere, quā
instar Bilibaldi nescio cuius Criticorum subire censurā,

tutius arbitraris, Sed vtrum id laudabilius, non præsen-
tis est discussionis. Proinde optime Laurens, nugacissi-
mi Luciani, nō penitus nugaces suscipe nugas, ac eum
cū genio indulgere, ac frontem exporrigere volueris, in
manus sumes, siquidem & si, lepore, iocis, ac salibus, vni-
diq; sit refertus. vaser tamen vitia tangit, & admissus
circum præcordia ludit. Vale fœlix mi suauissime

horatius.

ac ornatissime Laurens, ac Capnionem no-
strum, & me amare non desinas, Salutat te
Stabius noster, qui a Cæsare reuersus in
choato operi feruenter incumbit.

Ex Aedibus nostris tertio ka-
lendas Septembris, Anno
redemptionis nostræ.

M. D. XVII.

τῶν γὰρ ὑβερίζοντων ἢ θρασύτης κόλασις.

¶ LVCIANI PISCATOR SEV
REVIVISCENTES.

Socrates

INiſce, inſiſce lapides crebros execrandū in hunc
proſiſce glebas, adſiſce teſtas, percutite fuſtibus ca-
lumniatorē, vide ſis ne effugiat, & tu Plato iacſta,
& tu Chryſippe, tu quoq; agite, omnes pariter in
illum obarmemur.

Pera vt reddat opem peræ, baculusq; bacillo,
Siquidem cōmunis eſt hoſtis, nec quiſpiam e nobis exi-
ſtit quem non iniuria affecerit, tu vero o Diogenes, ſi
vnq; alias, præcipue nunc baculo vttere, non deſinas, di-
gnas conuiſciator pœnas luat, quid hoc rei eſt? nunquid
Ariſtippe deſeſſi eſtis? atqui minime oportebat,
Eſte Cati, atq; acris nemo non immemor iræ.

Ariſtoteles, accelera, quin propius accede, bene habet
capta eſt fera, deprehenſus ne es ſclerate? porro confe-
ſſim intelliges quos nam viros maledictis tuis laceſſie-
ris, verum quale nam fatum ipſum manebit? ſiquidem
varium quoddam mortis excogitabimus genus, crude-
litate cuius omnes exaciari valeamus, etem equum eſt,
ſepties eū ſingulis nobis morte pœnas expēdere, PLA-
TO mihi quidem per Iouem erutis oculis, abſciſaq; lin-
gua, cruci ſuffigendus videtur, prius tamen flagris ce-
ſus, Tibi vero Empedocles quid? EMPEDOCLES, in
Ethnæ crateras præcipitandus, vt meliores conuiſcijs in-
ceſſandos haud eſſe addiſcat, PLATO, quinimo opti-
mū eſſet, ſi Penthei vel Orphei inſtar inter petras dilas-
niatus inueniretur, ita vt particulam vnuiſq; digre-
diens ſecū auferre poſſet. LVCIANVS, minime, ve-
rū mihi parcatis obſecro. SOCRATES, arctius aſtringe,
amplius nō dimitteris nū qd Homerus dicat vides,

Non est tuta fides hominum generiq; leonum

LVCIA. atqui & ego quoq; per Homerū vos oro, forsitan em̄ illius reueremini carmina, meq; versus conuenientem haud spernetis.

Me viuū capite haud hominem prauū, hæc quoq; dona
Suscipite, æsq; aurum quæ curant & sapientes.

PLATO. verum neq; nobis aduersum te Homérica de
erit responsio, audi igitur.

Nec mihi mente fugam tu persuadere valebis,
Postq̃ te teneo, & licet aurea verba loquaris.

LVCIA. Hei malorū, siquidem spes maxima Homerū,
nos frustratur, ad Euripidem igit̃ mihi confugiens
dū erit, siquidem ille me forsitan saluabit

Ne supplicem interficite, haud fas occidere est.

PLATO. Atqui nunquid & hæc sunt Euripidis
Scelesti qui patrarunt mala decet pati.

LVCIA. Igitur iuxta verba hæc me interficietis?

PLATO. Recte per louem, inquit em̄ ille idem, Effrenioris & exlegis demētię extremū infelicitas occupat.

LVCL. Proinde quoniā omnino me interficere decreuistis, nullumq; mihi restet effugium, Agite, saltem hoc mihi indicate, qui nā estis, quæue tam intoleranda a nobis p̃pessi sitis, vt tam intoleranter irascamini, ac me mortis causa ceperitis, PLATO, quibus nos affeceris cōtumelijs, a teipso sceleratissime p̃quire, bellulūq; illis tuis sermonibus, in qbus philosophiā ipsam cōuicijs lacessuisti, erga nosq; iniurius fuisti, cū tanq̃ ex conciliabulis, viros sapientes præconio diuulgares, & quod maximū est, liberos, q̃propter indignatione moti, p̃pter te emerisimus, ac tantisper inferos dereligimus, Chrysippus iste, ac Epicurus, Ego q̃q; Plato, & Aristoteles ille, silensq;

hic Pythagoras, Nec nō Diogenes, omnes deniq̃ quos
sermonibus tuis infamasti. LVCLIA. respiravi, siquidem
nō me interficietis, si intellexeritis quali nam ego erga
vos extiterim, quapropter lapides abijcite, quin potius
reseruate, nam cōtra meritos vsui erūt. PLATO. nuga-
ris, te etem hodie perire necesse est, iamq̃ adeo ob per-
petrata scelera, lapideum indues amictum, LVCL. atqui
virī optimi, quem solū ex omnibus laudare oportebat,
familiarē vestrum, beniuolū, & cōuenientē, quin si plo-
qui molestū nō est, studiōrum vestrorū procuratorē, vt
intelligatis, interficietis, si me occideritis, qui tot ppter
vos labores exanclauī, videte igit̃ ne instar philosopho-
rum qui nunc sunt agatis, vt ingrati, iracundi, ac perfidi
erga virū beneficū videamini. PLATO. proh impudē-
tiā, nunquid tibi ob conuicia gratias debemus? vere hic
cum mancīpīs sibi rem esse existimat, quandoquidē ob
tantas iniurias, verborūq̃ debacchationē, beneficia nos-
bis enumerare conat̃. LVCL. vbi nam ego, vel quando
vos iniuria affeci, qui semper philosophiam admiratus,
ac vosipsos summis extuli laudibus, cum sermonibus
quoq̃ a vobis derelictis assidue conuersatus sum, quin
& hac ipsa quē proloquor, vnde quā a vobis accepi, ac
instar apiculæ decerpens, hominibus ostendo: at illi lau-
dant, ac vniuscuiusq̃ florē, vnde, a quo, & quēadmodū
collegerim agnoscūt, meq̃ oratione ob florigeram hāc
messem cōmendant, sed verius vosipsos, ac prata vestra
amoenissima, qui tam varia & versicoloria pduxistis, ex-
sollunt, quā si quis recte secernere, cōnectere, ac cōcīn-
nare nouerit, ita vt minime alterum ab altero discrepet;
nunquid cum tam egregie quis a vobis affectus fuerit,
obloqui cōnabitur viris benefactoribus, quorū gratia

existimationis alicuius esse reputat: ni eiusdē sit naturæ
cuius & Thamyris vel Euritus, ita vel musas, a quibus
canendi normā accepit, canendo, vel Apollinem iacula
tionis præceptorē, iaculando prouocare audeat. PLA.
verum generose, hæc oīa Rhetorū more, ac maxime re
bus cōtraria, ptulisti, siquidem pteruiorē tuam ostendūt
audaciā, manifestamq; præ se ferunt iniustitiā, ac ingra
titudinem, si cū a nobis, vt ipse fateris, iacula acceperis,
ea cōtra nos iaculatus es, hunc vnū scopum obseruans,
vt nos omnes cōuicijs lacefferēs, talem siquidē a te cōse
quimur gratiā, quoniam prata illa florida tibi referauis
mus, nec vt decerperes, sinuq; repleta discederes inhi
buimus, ideo maxime ob hanc noxam mori dignus es
LVCIA. videte, irę aures præbetis, & quæ iusta sunt
minime cōsyderatis, ego vero me nunq̃ in Platonis, vel
Chryssippi, seu Aristotelis, aut reliquorū vestri ordinis
irā incidere posse existimassē, sed longe ab illis mihi
distare videmini, verū o admirandī, ne indemnātū, caus
sq; non cognita me interficiatis. Quis & id vos deceat,
ne vehementia, ac manifesta violentia grassari videamini,
ni, iure scilicet, cōtrouersias dissoluere, rōnes dantes pa
riter & accipiētes, iudicem eligere, meq; vel vna omnes
accusare, aut q̃ oīm vice id agat eligere, Ego vero obie
ctis rñdere sum paratus, & si aliqua in re iniurius esse cō
uictus fuero, ac ita de me statuerit iudiciū, merita expen
dam supplicia, vosq; violentū nil ppetrabitis, si vero cri
mina diluere videbor, ac infons & ab omni culpa alie
nus esse inueniar, me iudices dimittēt, vos vero in eos q̃
vos deceperūt, ac cōtra nos instigarunt, irā conuertetis
PLATO. hoc illud est, equū in campū vt iudices elude
re queas, educere conaris, siquidem te Rhetorē, & caus

Iudicium vehementem. in orationibusq; admodū callidū
 esse dicunt. Proinde quem nā iudicem fieri cupis? quē
 muneribus vt pro te sententiā ferat (qualia iniusta mul-
 ta ppetrare consueuistis) corrumpere haud valeas. LV-
 CIA. confidite, huius enim rei gratia, nullum arbitrum
 suspectū, vel ancipitem, seu qui pro me iniuste calculū
 ferat, mihi euenire desydero, & vt certius id cognoscere
 possitis, Ego philosophiam ipsam vna vobiscū iudicem
 eligo. PLATO. at quisnam accusabit si nos iudicaueris-
 mus? LV CIA. vosmetipsi accusate & iudicate, neq; em̄
 illud timeo, quoniā tam iusta antecello causa, tamq; lus-
 culēter & abunde me responsurū cōfido. PLATO. qd
 faciemus o Pythagora & Socrates? nam vir iste quoniā
 iudicio experiri dignū ducit, haud absurde prouocare
 videtur. SOCRATES. quid vero aliud q̄ vt ad iudi-
 cium pergamus, assumptaq; philosophia, quid nam res-
 ponsurus sit audiamus. nam absq; cognitione quid co-
 nari, nō ad nos, sed potius ad viros quosdā iracundos,
 & qui iustitiam in manibus sitam continent, spectare vi-
 det̄, præbebim̄ em̄ occasionē obloqui volentibus, si
 virū lapidabim̄, nec pro se respondere promitemus,
 & hęc nosmetipsi iustitię valedicentes. p̄inde qd Anito
 & Melito accusatoribus meis, vel qui me tū damnarunt
 iudicibus, respondebo, si hic inauditus occubuerit, & a-
 quæ omnino compos non fuerit? PLATO. recte o So-
 crates admones, ad philosophiam igit̄ pergamus, & illa
 quidē diiudicet, nos vero quicquid statuerit amplectes-
 mur. LV CIA. Euge viri sapientissimi, meliora hęc & iu-
 stiora, lapides vero vt dicebā seruate, si quidē paulopost
 in iudicio indigebitis. verū vbi nam philosophiā quis
 inueniet? vbi enim habitet non noui, q̄uis longo circū-

Oratores
 ad aq̄ mē-
 surā pora-
 bant.

errauerim tempe, domū vt eam conuenire possem que-
rens, inde in quosdā, vilibus amictos vestibus, barbascq;
pmiffas gestantes incidi, qui cum ad eandem se pergere
assererēt, eos scire existimans, interrogavi. at illi, quoniā
me longe plus ignari essent, ne de ignorantia redargui
possent, vel omnino nil respondebant, vel ianuam aliā
pro alia ostendebant. ego vero in hūc vsq; diem, domū
reperire haud quivi. Sepius vero ipse suspicans, vel du-
ctore quopiam, ad qualdā ianuas petueni, certissime tū
inuenisse sperans, a multitudine ingredientium & egre-
dientū coniecturam sumens, q omnes seueritatem quā
dā prae se ferebant, forma erant decora, vultu vero me-
ditabundi, hosce insecutus, & ipse quoq; sum ingressus;
ibi viraginem conspexi quandā, non incuriose, sordide,
vel incōcinne excultam, verū quam primū deprehens-
di, eam pendulos cincinnos minime ornādo negligē-
re, vestitusq; cultū studiose affectare. & quāuis tam exq-
sitis mundicijs ornata esset, cultū tamen decoris gratia
dissimulare nitebat, apparebat & fucus quidam, leno-
ciniumq;, & verba perq; meretricia, ab amatoribus vero
laudata, admodū gaudebat, & si quis aliquid dedisset,
auide suscipiebat, opulentiores quoq; iuxta se locabat,
amatores aut inopes nec aspicere dignabatur. Sepius
quoq; cum se casu denudasset, torques aureas, anguillis
crassiores conspiciebam. hāc cū vidissem, confestim ad
pedes sum cōuersus, oppido q̄ miseratiōe cōmotus, ob
incoelices illos nō naribus, sed barbīs ad illā pertractos,
ac Ixionis instar, p lunone Idolo congregientes. PLA.
hāc quidem recte dixisti, nō em̄ manifestum nec cūctis
notum est hostium, atq; haud necesse erit ad illius acces-
dere domū, hic em̄ in Ceramico ipsam opperiemur, illa

Ceramic⁹
locus A
thenis ubi
q̄ in bello
cecidērāt
sepeliebāt
A uarieta
te pictura
rū porcil⁹

vero, iam adierit, ex Academia reuertens, vt etiā in Poë-
 cilo obambulet, id enim quotidie facere cōsueuit. quin
 potius iam p̄sto est. vides ne ex effigie decorē, mansue-
 tudinem ex aspectu, ipsam vero cogitabundam placide
 incedere? LVCIA. multas effigie, incessu, & vestitu si-
 miles video, atqui inter has omnes solū vna vera est phi-
 losophia. PLATO. recte loqueris, verū quæ nam sit cū
 solum loqui cōperit ostendet. PHILOSO. Pape cur
 Plato, Chrysippus quoq; & Aristoteles, nec nō reliqui
 omnes, ipsa mea disciplinarū capita apud superos? Cur
 rursus in vitam? ecquis vos ex inferis læsit, iracūdis simi-
 les estis. quisnā hic existit? quē comprehensum ducitis?
 nūquid fur est? seu homicida? vel sacrilegus? PLATO.
 ita p̄ louem o philosophia, & omniū sacrilegorū inquis-
 natissimus, qui te sanctissimā maledictis incessere cona-
 tus est, pariterq; nos omnes, quotquot abs te quippiā
 didicimus, ac posteris vtendū dereliquimus. PHILO.
 itaq; maledicente quopiā indignamini? cum sciatis quæ
 nam ego a comœdia in Dionysijs audire soleo, attamen
 ipsam amicā esse duco, neq; in ius voco, seu accedens in-
 cuso, verū cōuenientia, & festo cōgruentia ludere p̄mit-
 to. noui em̄ quod nūl ob scommata reddi deterius, sed
 ecōtra quodcūq; bonū existit, tanq̄ aurum cū erutum
 inciditur, clarius relucet, fitq; splendidius. at vos nescio
 quemadmodū iracundia, ac indignatione accensi estis?
 p̄inde cur eū strangulatis? PLATO. vnū hunc postu-
 lantes diem, cōtra illum emersimus, vt ob cōmissa male-
 facta dignas persoluat pœnas. Fama etem̄ cognouimus
 qualia contra nos in vulgus sparserit. PHILO. igit̄ eum
 indemnātū ac inauditum interficietis? atqui dicere quid
 velle videf. PLATO, minime, verū negotiū omne tibi

cōmittemus, vt cognita causa quicquid visum fuerit statu
as. PHILOS. Quid tu ais? LVCIA. hoc idem o Hera
philosophia, quādoquidē sola veritatem inuenire potis
es, vix enim multis obtinui precibus, vt tibi causa dele
garef. PLATO. nūc o execrande, ipsam dominā appel
las, pauloante vero rem esse turpissimam philosophiā
afferebas, cū in tanto theatro, etiā p duobus obulis vnū
quēq singulatim venalē pponeres, meministi ne sermo
num? PHILO. atq videte ne non philosophiā iste, verū
præstigiatores viros, sub vestri nominis obtentu multa
ac foeda cōmittentes maledictis insectatus sit. LVCIA.

loc⁹ athe
nis vbi O
restes cau
sā dixit &
vbi q̄ ad
rēpu. spe
etabant se
uerissime
admini
strabant.

Quā primū cognoscēs, si saltem respondentē audire ve
lis. tantūmodo ad Ariū abeamus pagum, seu potius
in arcem ipsam, vt tanq̄ ex specula cuncta pariter quæ
in vrbe sunt manifeste pateant. PHILO. at vos o amice
in Pœcilo tantisper deambuletis porticu. adero etē q̄
primū dīiudicatum fuerit. LVCIA. Quæ nam o philo
sophiæ hæ sunt? nam & ipse admodū ornata esse viden
tur. PHILO. virilis hæc virtus ipsa, illa vero modestia,
penes quā iustitia, at antesignana disciplina, dubio vero
colore, & vix apparens illa, veritas est. LVCIA. non vi
deo quā nam dicis. PHILO. nonne inornatā illam cer
nis, nudā inq̄, subterfugientē semper ac subterlabentē?
LVCIA. vix nūc tandem cerno. verū cur & non has du
cis? vt penitus repleatur cōsessus, siquidē veritatem, &
patrociniū ad iudiciū pariter ascendere volo. PHILO.
recte p louem, sequimini igiŕ & vos. nō em̄ difficile erit
vnicum iudicare iudiciū. præcipue cum de nostris ageŕ
VERITAS. abite vos. nūl enim mea refert ea audire,
quæ pridem qualia sint noui. LVCIA. verum o veritas,
vt iudicio adūs, ac singula diligenter exquiras, maxime.

nostra interest. PHIL O. nūquid famulicium hoc, mihi
 admodū beniuolum deducā: LVCIA. valde quidem
 & quēcūq; volueris. PHIL O. Segmini o ingenuitas
 loquendiq; libertas, vt miserū hunc homuncionē ama-
 torem nostrū, ac nullo prætectū iusto periclitantem, sal-
 uare possimus, at tu Elenche illic remane. LVCIAN.
 minime o Hera, quin ille quoq; veniat, & si quis alius,
 haud em̄ cum fortuitis necesse est me depugnare feris,
 verū cum arrogantibus difficillimēq; redargutionis ho-
 minibus, & qui semp effugia quādam inueniant, ita vt
 necessarius sit Elenchus. PHIL O. igit̄ & admodū neces-
 sarius, melius si & demonstrationē tecū assumas. VE.
 Segmini omnes, quandoquidē ad iudiciū necessarij vi-
 demini. ARISTO. Cernis ne o Philosophia: quemad-
 modū propter nos veritati subblandit̄. PHIL OSO. nū-
 quid o Plato, Chrysippe, & Aristoteles, veremini ne sui
 causa cū veritas sit mentiat̄. PLATO. non hoc, sed ad-
 modū callidus est, & blandiculus, ita vt illi persuadere
 posset. PHIL O. Confidite, nil iniqui, cū iustitia hæc ad-
 sit, fieri poterit, abeamus igit̄, verē dic mihi tu, quod tibi
 nomen est: LVCIA. mihi, Parrisiades, Alethionis Elen-
 xiclei. PHIL O. Patria vero quæ nam: LVCIA. Syria o
 Philosophia, iuxta Euphratem, Sed quid hoc est: noui
 em̄ quosdam ex his meis aduersarijs, non minus q̄ ego
 sim, barbaros genere, moribus vero, & disciplina, non
 Solenses, vel Cyprios, seu Babylonios, aut Stagiritas.
 Siquidem quantū ad te ptinet, nil refert, si quis voce sit
 barbarus, dūmodo iuste ac recte sentire videat̄. PHIL.
 bene dicis. verū & hoc quero, quam nam artem nosti:
 quoniā & id scire decet. LVCIA. arrogantia: sum osor,
 & versutia: osor, & mendacij osor, & insolentia: osor,
 d iij

omnesq; eiusmodi coinquinatorū hoīm odī species, sunt
em̄ vt nosti perq̄ multæ. PHILLOS. Hercules, odij ple-
nam exerceas artem. LVCIA. recte dicis. cernis etem̄ q̄
bus nam odio sim, & quemadmodū propter eā pericli-
tor, verū & contrariam admodū probe noui artem, eā
inquā quæ ab amare exordiū sumit, sum enim veritatis
amator, & honesti amator, et synceritatis amator, ac oīm
quæ ad amare spectare vident, verum pauci admodum
hac arte sunt digni. Qui vero ex aduerso sunt cōstituti,
ac odio magis familiares infiniti, piclitor igit̄ illā quidē
ob segniciem iā dediscere, hanc vero etiā nūmū callere
PHILO. atq; haud oportebat, eiusdē em̄ ferunt esse & il-
la, & ista. ita vt indiuisibilis sit ars, vnica etenim est, q̄uis
binæ esse videant. LVCIA. melius tu hæc o Philoso-
phia nosti, meum vero ita se habet, vt prauos odio ha-
bere, bonos aut̄ laudare & amare cōsueuerim. PHILO.
Age, quo oportebat iā deuenimus. hic in Mineruæ ius-
dicabim⁹ vestibulo, Heus sacerdos, dispone sedilia. nos
interim deā adorabimus. LVCIA. obsecro Pallas, con-
tra arrogantes mihi auxiliū ferto, ac recordare, quanta
ipsorū periuriā quotidie audis, sola em̄ tanq̄ speculari-
x q̄ ppetrant vides, nūc tempus illos vliscendi adest. si ve-
ro me victū cernes, nigrosq; supare, tuū adijce calculū,
meq; saluato. PHILO. Agite iam confedimus, vestras
parati audire querelas, vos vero ex omnibus quempiā
eligatis, q̄ egregie accusare, ac redarguere nouerit, quā-
doquidē impossibile est vos omnes pariter loqui. Tu
aut̄ Parrisiades dehinc respondebis. REVIVISCEN.
Quis igit̄ e nobis, vt potissimū hanc agat causam ido-
neus erit: tua o Plato excellens prudentia est admirāda
eloquētia vero redundās, & Attico lepore referta, flexa.

nima, & venusta, cognitio aut, ac diligentia, nec nō tem
pestiua demonstrationū inductio, hæc oīa copiose tibi
adsunt. quapropter accusationē suscipe, & pro cūctis q̄
digna sunt eloquere, ac oīm illorū nūc reminiscaris, & in
hoc vnū cōfer, si qd aduersus Gorgiā, aut Polū, seu Pro
dicū, vel Hippīā a te dictū est, vehementior hic existit.
expedi igiŕ ironias, & sales, copiosasq; illas & iocundas
comitates. quin si videbiŕ, nōnūq̄ exuperes, vt magnus
Iuppiter alatū impellat currū, ac indignatiōe moneat, nī
ille debitas expendat pœnas. PLA. minime, sed vehes
mentiorē quendā eligamus, Diogenē hūc, vel Antisthe
nē, aut Cratetē, seu te Chrysippe, nō em̄ elegantīæ ppo
litæ in præsentī, nec cōscribendi acrimoniæ est tempus,
sed redargutionis cuiusdā, ac iudicialis exercitationis.
Rhetor em̄ est Parrisiades. DIO. pinde ego ipse accusa
bo, non em̄ sermonibus nimīū longis opus est arbitror,
accedit qd præ cūctis reliquis iniuria sim affectus, pau
loante p̄tio duorum obulorū, præconis voce venalis ex
positus. PLA. Diogenes o Philosophia, pro cunctis lo
quendi p̄uītiā subibit. verū o generose memineris, te
accusatione ista non solū rem tuā, sed cōmunē agere. si
em̄ inuicem in quibusdā discrepamus, tu id nūc minime
scruteris, nec quis rectius sentiat ingreŕe curabis, sed ob
hoc solū, quoniā Philosophia ipsa iniuria sit affecta, ac
male in Parrisiadis audierit sermonibus, indigneris. opi
niones vero, in qbus dissidere videmur, omitte, p̄ ea re
quæ oībus cōmunis est digladiare. vide sis, te solū præ
posuimus, ac nunc in te cuncta nostra periclitant, vt vel
maxime sincera videant, vel talia, qualia ille designauit
esse credant. DIOGEN. Confidite, nihil prætermitte
mus, pro oībus verba faciam. proinde, & si Philosophia

Horologium.

sermonibus cōmota, natura em̄ mansueta ac mītis est, ipsum absoluerē statuerit, nō tamen mea deerūt, illi em̄ quod baculos haud frustra geramus ostendā. PHILO. minime hoc, verū potius sermone, satius em̄ lingua, q̄ ligno, rem agere, ne igit̄ cuncteris. iam em̄ effusa est aqua conciliūq; in te oculos coniecit. LV. at reliqui quoq; o Philosophia confideant, ac vobiscū dījudicent. Diogenes vero solus accuset. PHI. verū nunqd vereris ne cōtra te calculū ferant? LV. minime. plures em̄ superare volo. PHILO. generosa hęc tua, desedete igit̄, tu vero Diogenes loquere. DIOGE. Quales nam circa vitam o Philosophia, viri extiterimus, tute optime nosti, verū hisq; minime indiget. nam vt de me sileam, quis nā ignorat quanta bona Pythagoras iste, & Plato, & Aristoteles, & Chrysippus, reliqui deniq; in vitæ humanę vsum cōtulerint? verū quibus nam cōtumelijs, quāuis tales extiterimus, scelestissimus hic Parrisiades nos lacefferit, iā dicere pergam. Cum em̄ Rhetor vt aiunt fuisset, derelicto foro ac illius existimatione, quicqd vehementiē ac oratorij vigoris consecutus est, vniuerso illo contra nos se instruens, nō desinit maledictis insectari, pręstigiatores ac deceptores subide vocās, multitudinēq; vt nos derideat & cōtemnat, tanq̄ nullius simus momēti, psuadet quinimo multorū iam odiū nō in nos solū, sed contra te q̄q; a philosophia suscitauit, potissima etiam tua, mendacia ac nugas appellans, & quæ nos edocuisti, subsanatione incessens, ita vt a spectato ribus laudeat, ac non vulgariter illi applaudeat, nos vero intolerandis afficiamur iniurijs. vulgus siquidē eiusce vt plurimū est naturæ, vt cū res cauillatione ac maledicētia agat, gaudeat, præcipue, cū ea quę absolutissima esse vident, mordicus

arripiunt. quemadmodū olim gaudebat, cū Aristophanes, & Eupolis, irrisiōis gratia, Socratē hunc in scenā introducerēt, Comœdiasq; absurdas quasdā de illo cōmentarent. Et illi quidē contra virū vnū talia sunt ausi, ac in dionysijs, cum id facere concessum esset, Scōmataq; pars quædam festiuitatis viderent, forsitanq; deus, cū lepidus quispiā esset, delectaret. at iste deliberate, ac multo studio instructus, in optimos quosq; inuectus est librū enim ingentem blasphemijs quibusdam refertum cōscripsit, magnaq; voce Platoni, Pythagoræ, Aristoteli huic, Chrysippo illi, mihi, omnibus deniq; maledicit, cū id nec festiuitas pmittat, nec priuatim aliqua in re a nobis lesus fuerit. parcendū enim sibi foret, si talia iniuriā repellendo, nō inferendo ageret, & quod oīm grauissimū existit, sub tui noīs prætextu, talia o philosophia facere audeat. nec nō eodem conatu, dialogo familiari nostro auxiliatore, et mimo cōtra nos utiq; quinetiā Menippo viro nobis amico psuasit, vt q̄plurimū in comicis illis cauillis sibi assistat, qui solus non adest, neq; nobiscū prodita societate, accusat. pro quibus oībus pœnas luerest dignus. Quid em̄ cōtra hæc dicere posset? cū exactissima quoq; coram tot testibus carpere ausus fuit. in quorum vtilitatē hoc quoq; redundabit, si ipsum pœna affectū spectauerint. nemo enim de hinc philosophiam tam facile cōtemnere audebit. proinde in hac re quietē agere, & iniuriantē tolerare, nō modestiæ, sed extremæ ignauiæ & amentię indicium censendū esset. Cæterū postrema cui nā ferenda sunt? Siquidē nos tanq; mancipia in venalicium deducens, ac p̄conis vt aiunt voce diuendit, nōnullos p̄tio ingenti, quosdā minā Attica, me vero scelestissimus ille, obulis duobus, ita vt circūstantibus

verte Ho,
rologiū.

riſum moueret. eam ob cauſam indignatione perciti, in
illū manus inieciſimus, teq; rogamus vt nos turpiſſimis
affectos iniurijs vlcifcaris. **REVIVISCENTES.** Eu
ge o Diogenes, ꝑ cunctis vt decebat egregie peroraſti.
PHILO. deſinite inuicē laudare, infunde reſponſuro, tu
vero Parrisiades dicere ꝑgas, nunc em̃ tibi aqua deſluit,
ne igiꝝ cuncteris. **PARRISIADES.** non omnia mea o
philosophia, in accuſatione ſua Diogenes recēſuit, verū
magna ex parte, quæ difficiliora erāt, neſcio qua ratione
ductus prætermiſit, tantū vero aberit, vt me illa minus
dixiſſe negē, vel præmeditatā excuſationem quandā ꝑ
tendam, vt ſi qua ille idem reticuit, vel ego antea haud
ꝑtulerim, nūc vel præcipue expedire videar. ita em̃ in
telliges, quos nā arrogantes & præſtigiatores appellans
diuulgauerim, aut maledictis meis laceſſierim, proinde
hoc ſolū mihi cōſiderate, nunqd in cunctis veritatē dixe
ro. qđ ſi blaſphemi, vel aſperi quid in ſe oratio habere vi
debiꝝ, nō me redarguendū, ſed rectius vt arbitror illos,
qui talia cōmittunt, accuſandos eſſe puto. Ego ſiquidē
cōfeſtim ac ꝑcepifſem, quantis incōmodis rhetores de
grauari neceſſum eſſet, deceptionibus ſcilicet, mēdacijs
temeritate, clamore, preſſionibus, infinitis deniq; alijs,
hæc quidē vt decebat cūcta declinaui, ad tuaq; o philo
ſophia bona aſpirans, quantum mihi vitæ adhuc reliqui
eſſet, tanq̃ ex fluctuatione ac tempeſtate, in tranquillū
quendā ſubiens portū, ſub tua ꝑtectione viuere expete
bam. ac poſteaq; ad veſtra tantūmodo tranſgreſſus eſ
ſem, te quidē ꝑ vt cōueniens erat, ac reliquos omnes
qui vitæ optimæ inſtitutores fuiſſent, admirabar, tanq̃
qui manus ad eos feſtinantibus porrigerēt, ad optimaq;
et vtiliſſima adhortarent. Si quis ſolū ea tranſgreſſus nō

esset, seu neglexisset, verū firmiter regulas quas tulisse
tis inspexisset, ad illasq; vitā suā direxisset, ac instruxisset
quod quidem p̄ louem inter nos pauci facere cōsueue-
rūt. Cū vero q̄ plurimos cernerem, philosophiæ amore
minime teneri, verū ob huius rei gloriolā solā, prompta
hæc ac vulgaria, & quæcunq; omnino facilliter imitanē,
admodū recte, bonorum instar virorum assimilare, bar-
bam inquā, ac incessum, nec nō induuium, Cæterū vitā
ac eorū actus formæ cōtradicare, vobisq; penitus cōtra-
ria exercere, ac p̄fessionis dignitatē corrūpere, indignas-
bar, videbaturq; mihi res admodū similis esse Tragico
mimo, qui mollis esset ac muliebris, Achillem vero, seu
Theseum, vel Herculem ageret ipsum, Cū tamen neq; ^{herculem}
Heroice incederet, vel loqueret̄, verum ita sub tali lasciu ^{saltantē &}
uiret persona, vt nec Helena vel Polyxene, cum id earū ^{Cerberū}
modestię minus cōueniret, tolerare possent, taceo Her ^{ab inferis}
culem Callinicū qui vt mihi videt̄, q̄ primū conuersus, ^{extrahens}
claua talem verberasset, ipsum inquā ac personā illam ^{tē memi-}
quæ tam effœminate eū repræsentando contaminasset, ^{nit Hesy-}
Talīa igit̄ cum vosip̄os quoq; ab illis perpeti viderem, ^{chius.}
nō tuli hypocriseos impudentiam, si cum Simiæ essent,
Heroū personas assumere, vel Cumanū illum asinū imi-
tari auderent, qui leonina indutus pelle, leo quoq; ipse
videri volebat, cum aduersus Cumen̄ses ignaros admo-
dum horrende, & aspere rugiret, donec hospes quidam
ipsum non leonē, sed asinum esse deprehendisset, verbis
redarguisset, fustibusq; insecutus verberasset. Proinde
quod maxime intolerandum mihi videbat̄, id erat, ne
mo non hominū, si quempiā ex illis flagitiosum, seu tur-
pe aut impudicum aliquid cōmittere vidisset, confestim
philosophiā ipsam, siue Chrysippum, aut Platonem, seu

Pythagorā, vel cuiuscūq; cognomen, non doctrinā des-
linquens ille assumpserat, accusabat. & quoniā ille coin-
quinatē viuebat, homines male quoq; de vobis, multis
antea seculis defunctis, coniectabant. non cū de viuenti-
bus vobis inquisitio fiebat, Sed iam ex pedibus subla-
tis, omnes vero manifeste cernerent, quā molesta & im-
pudica ille cōmitteret, vos quoq; indicta causā cōdem-
nabant, ac pari calumnia dilacerabant. ego vero cū hęc
cernerē, ferre non potui, verum eos redarguebam, a vo-
bisq; secernebā, vos vero honore ppter hęc me dignū,
in iudiciū rapitis. nunquid igit si iniciatum quempiā
viderē, occulta deorum prodentē, ac in publicū efferen-
tem mysteria, ideoq; indignarer, & reprehenderem, me
impiū esse existimaretis? at q minus iuste, quādoquidē
certaminū quoq; præfecti, Mimos qui vel Palladis,
aut Neptuni seu Iouis assumpsere psonā, non tamen cō-
mode, nec ex deorū egere dignitate, flagellare consue-
uerunt, at n̄ minime irascunt illis, si flagelliferos, quem-
piam psona ornatum, seu forma decoratum, verberare
iusserunt, verum vt arbitror vapulantes potius lauda-
re consueuerunt. Seruū enim, vel nuntiū, minus aptes
representare, paruus error. At Iouē ipsum seu Hercu-
lem, haud p dignitate spectatoribus ostendere, turpe ac
piaculo simile esse videt. quinimo & hoc omniū est ab-
surdissimū, quod cum multi ex eis dogmata vestra ex
acte calleant, ita tamen viuunt, ac si ideo tantum illa les-
gerint, ac meditando operā impenderint, vt cōtraria ex-
ercere possint. Cuncta em̄ quæ dicunt, veluti pecuniæ,
ac gloriæ contemptū, solumq; honestū bonum esse ar-
bitrari, ira vacuū esse, & splendida quæq; despici debe-
re, bonis æqualiter perfruendū esse, honesta p deum ad

miranda, sapientiæ & veritatis sunt plena, at n̄ qui hæc
ipsa sub mercede docent, & diuites admirant, & argēto
inhiant, caniculis iracundiores, leporibus timidiores,
Simijs blandiores, Asinis petulantiores, felibus rapa-
ciores, gallis cōtentiosiores. ita igitur affecti, quid aliud
q̄ risum mouent, inuicē circa diuitū ianuas se conculcan-
tes, cœnasq; diuersas appetentes, & in illis ipsis moleste
laudantes, ac vltra honestatē se ingurgitantes, cuncta re-
prehendentes, & inter calices illepida & absōna philoso-
phantes, merū deniq; minime ferētes. Idiotæ vero, quos
cōuiuio interesse cōtingit, rident scilicet, ac philosophiæ q̄
niā piacula talia producat, insultant. Est & illud omniū
absurdissimū, quod cū vnusquisq; nullius se rei indige-
re affirmat, Sed solū sapientem diuitē esse vociferatur,
paulo tamen post accedēs postulat, & si nō accipit indi-
gnat, pariter ac si quis regie ornatus, arduam gestat Tia-
ram, nec nō diadema, & reliqua signa regia, friuolarū ta-
men rerū indigus mendicet. Proinde cū ipsi quid acci-
pere debent, multus q̄d oia cōmunia esse conueniat ser-
mo. & q̄d indifferentes diuitiæ, & aurum vel argentū nil
a litoralibus differat lapillis, At cum vetus quispiā amicus,
& familiaris, auxiliij indigens accedit, & paucula q̄-
dā ex multis postulat, taciturnitas, & indigentia, & rus-
ditas, & dictorū in contrariū palinodia, variq; de amis-
citiis sermones illi, nec non virtus, ac honestū, quo nam
abeant ignoro. sunt em̄ verba hæc vere pennata, & pes-
nitus euanescentia, quæ illi frustra in quotidiana cōuersa-
tione, vmbatili inter sese iactitant pugna. eo vsq; em̄
vnusquisq; eorū amicus existit, quousq; nec de argento
neq; de auro, seu de cōmodo agit, quod si quis obulum
tantūmodo ostenderit, confestim pax soluit, ac omnia

turbant implacataq; reddunt, libri excidunt, & virtus
aufugit, quemadmodū & canibus euenit, inter quos si
quispiam os proiecerit, confestim exiliunt, ac inuicem
mordent, & illi qui prior os rapuit allatrant, fert Aegy-
ptius rex quidā Simios vt tripudiarent instituisse, ani-
maliaq; (nam admodū ad res humanas imitandas sunt
apta) celerrime didicisse, vt psonata ac purpurata saltar-
ent, eratq; admodum visu res digna, donec spectator
quispiā vrbānus, nuces e sinu depromptas, in medium
abijceret, id Simiā videntes, tripudij oblita, id quod es-
sant Simiā pro saltatoribus euaserunt, personas contes-
rebant, vestitum discerpebant, inuicemq; pro fructibus
depugnabant, ita vt Pyrriches ordo dissolueret, a thea-
troq; rideret. talia & hi perpetrant, quos ego conuicijs
infectatus sum, nec vnq̄ redarguere, & comicis morsu-
bus impetere desinam. verum nō ita insanio, vt in vos,
seu vobis similes (sunt em̄ sunt pfecto nōnulli qui vere
philosophiā amplectant) blasphemiae quid, vel sinistra
euomam, quis si quid haberem quod dicerē, nunquid
hoc vos ad vitam reducere deberet? at vero vt gloriosi
illi, ac deo inimici odio habeant, admodū dignū existi-
mo. Proinde tu Pythagora, & Plato, & Chrysippe, & A-
ristoteles, nūquid tales vobis cōgruere, vel in humanā
vitae vsum familiare, seu cōueniens qd ostēdisse dicitis?
ita p Iouem inquiunt, Hercules & simia, an quia barbas
nutriunt, & seueritatē prae se ferre, philosophiam quoq;
exercere vident, ideo vobis similes erūt? quinimmo per-
tulissem si ad simulationē ipsam quoq; apti fuissent, nūc
vero citius vultur lusciniā imitabit, quam illi philoso-
phos. proinde quae pro meipso dicenda erant, exposui.
at tu veritas nunquid vera sint testificare, PHILLO. nūc

longius o Parrisiade abſiſte, quid nobis agendū erit, q̄
modo vobis vir dixiſſe videt̃: VIRTVS. ego quidem
o philoſophia interim cum iſte peroraret, terram ſubire
optabam, adeo vera omnia protulit. Siquidem audiens
vnūquemq; qui talia faceret, agnoſcebam, interimq; di
cta aliqua in hunc, alia vero in eum, qui grauia perpetra
ret referebam. etenim perq̄ manifeſte viros, tanq̄ pictu
ra quadā cuncta conferens, expreſſit, ac non ſolū corpo
ra, ſed & animas ipſas admodū exacte designauit. PHIL
LOSO. & ego quoq; o virtus admodū erubui, vos ve
ro qd dicitis: RHESVS. Quid aliud quā a crimine eū
abſolui, inter amicosq; & benefactores noſtros aſcribi
debere. plane etē nobis idem quod Ilienſibus euenit
qui hunc tanq̄ tragœdum quempiā aduerſus nos exci
tauiſmus, qui Phrygum decantaret calamitates. Canat
igitur, & dei inimicos tragice exagitet. DIOGE. & ego
quoq; o philoſophia admodū virum laudo, ac cuncta
quæ illi obieci execror, & quia generoſus eſt amicū eū
facio. PHILO. euge o Parrisiades quoniā in omnibus
ſuperior eualiſti, ab accuſatione te abſoluimus, de hinc
vero noſter eris. PARRISI. hanc primā adorauī, verū
aliud magis Tragicū opus mihi ſupereſſe puto. Siquis
dem o valde veneranda victoriā, quotidie vitam meam
venerabilem reddis, nec coronare deſinīs. VIRTVS.
nunquid igit̃ & illos citemus, ac a ſecundo iā ordiamur
cratere: vt pœnas ob ea, propter quę in nos iniurię fuere
expendant, Parrisiades autem vnumquemq; accuſabit,
PARRISI, recte o virtus elocuta es, quapropter heus
tu miniſter Syllogiſme, otius in vr̄bem deſlectere, Philo
ſophosq; vt p̄ſto ſint, citare pergas. SYLLOGISMVS
audi tace, philoſophos vt in arcem aſcendāt, ac de virtu

te, philosophia, ac iustitia rationē reddāt cito, **PARRI**,
vides ne pauci citationi obedientes conueniūt, partim
vero iudicium timent, at plurimi otiosi non sunt, circa
diuites enim versant, si vero cunctos aduenire cupis, de
ijs præconiū o Syllogisme pronuntia, **PHILO**, minime
verū tu Parrisiades ex arbitrio tuo illos conuoca. **PAR**
RISI, atqui minime hoc difficile erit. Audi tace, quicunq;
se philosophos esse dicunt, & quicunq; nomen hoc
ad se spectare arbitrant, ad distributionem in arcem ve
niant, singulis enim minæ dabunt duæ, sesaminaq; plas
centa, Quicunq; vero barbam profundā ostenderit, ille
& Caricarū massam accipiet, nemo vero, seu modestiā,
vel iustitiā, aut continentiam afferat, siquidē hæc si non
aderint, necessaria sunt minime, quinq; præterea syllo
gismos vnusquisq; aportet, non em̄ fas absq; his sapiens
tem esse, duo deniq; auri talenta in medio exponentur,
quibus illum donabimus.

Qui verbis omnes possit contendere contra,

Loca A:
thenis ius
xta arcem

Pape, q̄ refertus est impellentiu multitudine ascensus,
quemadmodū ob duas tantum accelerant minas, apud
Pelasgicum quidā, & iuxta Aesculapij templū alijs, circa
Arion pagum quoq; multi, nonnulli & penes Tali ses
pulchrū, quin reliqui admotis scalis, per geminorū ædē
turtatim, vt pœnas dent, irrumpunt, & p̄ Iouem apum
instar racematim, vt Homeri verbis vtar, sed & hinc quā
plures, illinc quoq; innumeri.

Quot folia & flores nascunt tempore verno.

Atqui breuiter confidentiu clangore repleta est arx, ac
vndiq; pera, barba, assentatio, impudentia, baculi, gulo
sitas, Syllogismus, auaritia, ac pauci illi, quicunq; ad pri
mū illud conuenerant præconiū latentes, & ignoti reli

quorū multitudinē intermixti, sub aliarū formarū similitudine delireſcūt. eſt & hoc o philoſophia moleſtiſſimū & in q̄ te maxime quis reprehendere queat, qđ minime notas & ſigna illis inuſiſti. ſiquidem præſtigiatores iſti, ſæpius ad perſuadendū, vere philoſophantibus ſunt aptiores. PHIL O. paulo poſt hoc fiet, verum iā animum aduertam⁹. PLATONICVS. primos nos platonicos ipſos accipe decet. PYTHAGORICVS. minime, ſed nos Pythagoricos, prior enim erat Pythagoras. STOLCVS. deſipitis. præſtantiores nos, qui a porticu. PERIPATETICI. minime quidem, verū nos ex Peripato, in rebus ſumus priores. EPICVREI. nobis Epicureis placentas date, & Caricarū maſſas, de minis vero expectabimus, donec vltimi accipere debeant. ACADEMICI. vbi duo ſunt talenta? ſiquidē nos Academici oſtēdemus, quantū alijs ſumus contentioſiores. STOICI. non nobis Stoicis præſentibus. PHIL O. a contentionibus deſiſtatis, vos vero Cynici ne inuicem impellatis, neue baculis verberetis, nā propter alia vocati eſtis, ego em̄ Philoſophia, nūc vnā cum virtute & veritate diſiudicabimus, qui nam ſint qui vere philoſophentur, inde qui noſtris inſtitutis viuere inuenient, ſœlices erūt, & optimi eſſe iudicabunt, At ſubdolos illos, nilq; ad nos ſpectantes, malos male p̄demus, ne dum ſibi ipſis contraria cōmittunt, arrogantia tamē efferant. verū quid hoc eſt? fugitis ne? ita p̄ louem, multi p̄ cōfragofa deſiliunt, adeo vt penitus euacuata ſit arx, præter paucos illos, qui iudiciū haud formidantes remanſere. vos vero miniſtri peram, quā Cyniculus fugiendo abiicit, tollatis. Sed quid in illa latet? nūqđ lupini? ſeu libri? vel panes toſti? PAR RIS. minime, ſed aurū hoc, & vnguentū, ac culter ſacris

ficulus, speculū quoq̃, & tali. PHILOSO. Euge o ge-
nēroſe, hæc tibi exercitiū erant viatica: cum illiſq̃ omni-
bus conuiuari, ac alios docere audebas: PARRISIA.
nobis itaq̃ illi tales, cæterū vos conſyderare decet, quo
pacto error hic tollat̃, ac homines cognoſci queant, qui
nam ex illis boni, & qui rurfus alterius vitæ exiſtant, tu
vero o veritas inquire, tua em̃ intereſt, ne tibi mendaciū
præualeat, neue propter errorē, viri mali, bonis intermi-
xti, deliteant. VERITAS, hac in re ex Parrisiadis arbi-
trio, quoniā probus, ac nobis beniuolus eſſe videt̃, teq̃
philosophia præcipue admiratur, ita agemus. ſecum E-
lenchū aſſumat, & omnes qui ſe philoſophari profiteñt̃
cōueniat, ac quemcūq̃ inuenerit, legitimū & vere phi-
loſophiæ alumnū, illum corona coronet oleagina, & in
Prytaneum cōuocet, Si vero alicui (quemadmodū mul-
ti ſunt) viro execrando, ac philoſophiæ hypocrite, obuiā
factus fuerit, attritam dilacerat veſtem, barbamq̃ Tra-
gica abradat nouacula, frontiſq̃ ſtigmata imprimat, vel
inter media inurat ſupercilīa, ſit vero deuſtionis figura,
vulpis vel Simia, PHILO. euge veritas, ſiquidem Elen-
chus o Parrisiade talis erit, quales & aglarū pulli, contra
ſolē eſſe ferunt̃, non p̃ louem tamen, vt ij quoq̃ luminis
ſplendore probent̃, ac æſtiment̃, verū coram illis aurū,
gloriam, ac voluptatē exponas, & quemcūq̃ videris ea
negligere, ac minime eorū aſpectu moueri, ls erit qui o-
leagina coronet̃. quē vero fixe intuentem, manumq̃ ad
aurū protendentem videbis, hunc vt inureſ abducas,
abraſa tamen prius barba. PARRISIA. hæc o philoſo-
phia vt cenſes erunt, ac confestim per quā multos eorū,
ſimia, vel vulpecula notatos videbis, paucos vero coro-
natos, quinūmo ſi placuerit, nōnullos per louem vobis

huc reduxero. PHILOSO. quid ais? nūquid fugientes
 reduces? PARRI. & maxime, si sacerdos parump funi-
 culum hūc & hamum, quos ex Pyrao piscator sacrauit,
 mihi cōmodare voluerit. SACERDOS. en accipe, pa-
 riter & calamū, vt cuncta habeas. PARRI. nūquid o sa-
 cerdos & Caricas aliq̃s mihi suppeditabis, ac auri pau-
 xillum? SACER. accipe. PHILO. quid nam vir hic fa-
 cere intendit? PARRI. hamū placēta & auro inescare,
 in summitateq; muri confidens in vrbē demittere. PHI-
 LO. quid agis o Pharrisiade? nunquid ex pelagico las-
 pides piscari decreuisti? PARRI. tace o philosophia, ac
 prædam expecta, tu vero neptune venator, ac optime
 Amphitrite, varios nobis mittito pisces. verum lupum
 quendam maximū cerno; quin potius auratā, LIBER-
 TAS. minime, sed felis, hians enim ad hamū natate vi-
 detur, aurū subolet, prope iam est, tetigit, captus est, at-
 trahamus. PARRI. & tu o Elenche pariter nunc funi-
 culum apprehende, attractus est, Age o optime inspi-
 ciamus quis nam piscis existat, hiat iste, Hercules qua-
 les nam dentes, quid hoc rei est? nūquid o generose cir-
 ca petras liguriēdo discurrēs, captus es? vbi prædari spe-
 rabas, ibi tu præda facta es. at nunc omnibus a branchijs
 appensus, māifestus eris. extrahamus illecebras huic, &
 hamum, vacuus en hamus, placenta iam cū auro in ven-
 trem descēdit. DIOGE. at per Iouem euomuit, quapro-
 pter & alios inescemus. PARRISIA. bene habet, quid
 ais o Diogenes? tu hunc quis nam siet nostin? num ad
 te attinet? DIOG. minime. PARRISIA. proinde quo
 pretio dignum hunc afferere oportet? ego etenim pau-
 loante duobus obulis eum appretiaueram. DIOGE.
 nimium dicis, mollis em est, & turpis, & morosus, & in

Lup⁹ ma-
 rinus mes-
 minit Ari-
 stoteles &
 Plinius.
 felis gale⁹
 gaza mus-
 stelā inter-
 pretatus ē
 piscis ra-
 pax.

Aphyæ pi
sciculi q̄s
parit lim
y miculo
rū instar
scaturien
tes, memi
nit Aelia
nus plini
vero A
q̄s a lati
nis appel
lari dicit
q̄d ex aq̄
& pluuiā
procreant
Psetta pis
cis latus
meminit
Aristote
les & sui
das.
Echin⁹ la
tine Erina
ce⁹ spinis
aculeatis.

ers, verso capite, hunc tu a petra præcipitato, & aliū
demisso hamo attrahe, atqui vide sis o Parrisiade, ne tibi
calamus inflexus abruptat. PARRI. Confide o Dio
genes, tenues sunt & Aphyis leuiiores. DIOGE. & per
louem leuissimi quoq̄, subinde tamen extrahe. PAR.
en quis nam alius hic latus, tanq̄ semisectus piscis acce
dit. Psetta quædam in hamum impegit, deglutiuit, cas
pra est. DIOGE. attrahat, quis nam est. PARRI. Plato
tonicū se afferit, PLATO. & tu execrande ad aurū ac
cedis. PARRISI. Quid ais o Plato? quid cum illo aga
mus. PLATO. ab hac eadem petra & ille. DIOGE. ad
aliū capiendū consideas. PARRI. proinde perq̄ bel
lulū quendam accedere video, velut in profundo appa
ret, colore vario, ac vittas quasdā aureas in humeris ha
bentē, cernis ne o Elenche? Aristotelem hic refert, acces
sit, atqui rursus abiit, diligenter arbitrat, iterum redit, de
gustauit, captus est, extrahat, num hic tibi Aristoteles
cognitus est. ARISTO. neme o Parrisiade de ipso in
terroga, nam quis sit ignoro. PARRISI. nunquid igit
& hunc o Aristoteles perpetras. ARISTO. & maxime
DIOGE. sed ecce multos hic conspicio pisces, paricos
lores, spinosos, in superficie asperiores, Echinis magis a
culeatos, verriculo aliquo opus esset, verū non adest, sa
tis erit si vnum ex grege tantū extrahamus, atqui ad ha
mū accessit, qui ipsorū est ferocissimus. ELENCHVS.
Confide, si vides, ac prius funiculum longe ferro circū
da ne dentibus adrodant, & aurū deglutiant, PARRI.
desedi, at tu neptune capturam secunda, Pape, pro ille
cebris depugnant, partim congregati Caricas circūro
dunt, alij vero deuorantes, ab auro detinent, bene ha
bet, adhæsit quidam admodū robustus, Age dic cuius.

tu cognomen refers: atqui ridiculus sum, piscem loqui
 cogens, muti siquidē sunt, Ceterū tu Elenche dic quem
 nā hic magistrū habet: ELEN. Chrysiippū hunc. PAR:
 intelligo, quoniam aurum vt arbītor nomini cōuenire
 videt, At tu Chrysippe per Minervam refer, nosti ne vi-
 ros, vel talia ipsos facere doces: CHRYSIPPVS. con-
 tumeliose p louem o Parrisiades interrogas, qui nobis
 quicū cum ijs, qui tales existant conuenire suspicaris:
 PARRISI. Euge generosus es o Chrysippe, igī & iste
 cum alijs in caput prācipites, quoniā spinosus est, ac ti-
 mendū, ne si a quopiā comestus fuerit, guttur offendat,
 PHILO. fatis o Parrisiades piscatus, ne quis (veluti mul-
 ti solent) abrupto auro, & hamo aufugiat. indeq; sacers-
 doti abs te repetere sit necesse. Proinde nos ad deambu-
 lationem pergamus, tempus quoq; instat, vt & vos eo
 vnde venistis reuertatis, ne vltra pręscriptū tempus mo-
 ram ducere videamini, tu vero Parrisiades, & Elenche
 per Gyrū ad cunctos accedatis, & quemadmodū iussī,
 aut illos coronate, aut inurite. PARRISIA. fient hæc o
 Philosophia. valete virorū optimi, nos vero o Elenche
 proficiscamur, ac iussa exequamur, verū quo primū per-
 gere necessum erit: nunquid in Academiā vel Stoam:
 ab lyceo exordiū faciamus, nil hoc refert, attamē hoc no-
 ui, quocunq; gentiū perueniemus, paucis equidem co-
 ronīs, multis vero indigebimus cauterijs.

Φιλῆ γὰρ γλῶττων ἐκχέας μάτις.
 δοκῶν ἀκουεῖν οὐκ ἐκὼν εἶπεν λόγους.

Quis vnq̃ humana laude, gloriā tantam cōsecutus est,
 q̃tā magnus Capnion inimicorū maledicētia possidet:

PRAESTANTISSIMO ATQVE DI
gnissimo viro D. Theodoryco Zobel Mogūting
ecclesiæ Canonico, ipsiusq; illustrissimi archie
presulis in spiritualibus vicario.
Hermannus Nuenar Comes Canonicus Coloñ.
S.P.D.

INcredibilis. apud me tuarū virtutū æstimatio vir
dignissime, tuarq; in omnes & probos & doctos vi
ros præclara studia, meam quotidie tenuem solis
citant musam, & pene vi quadam reluctanter im
pellunt, vt candidissimis illis tuis auribus, vel ineptum
aliquid aggariat. Ego vero cum in literis nullam versus
ram fecerim, nullāq; penitus frugem ex diuturno meo
studio reposuerim, nihil equidem meis ex penuarijs de
promere possum, quod vel tibi, vel alteri cuipiam nas
res saltem teneriores delicioresue habenti, ad palatum
facere magnopere queat, nisi mutuo forte acceptum,
atq; vicissim redditum. Quod quidem functionis mē
tus nobis inter amicos obtingere frequenter, ac etiam
vsui solet venire. Hinc est, quod non adeo multos ante
dies quam istinc proficisceretur Martinus Groningus
Bremensis (quo cum mihi arctissima quædam necessi
tudo, & vetus amicitia intercedit) libellum cuiusdam
Georgij Benigni Nazareni archiepiscopi, quasi pignus
aliquod amoris erga me sui, penes nos reliquerit. Quē
& tanta cum gratulatione, tantaq; alacritate suscepi, vt
vel ex hoc debere nos plurimum illius & humanitati,
& munificentiae libere profiteamur. Sed officij cōseru
tus, siquid accesserit probæ eruditionis, amicis q̄q; ipsis
cōmunicare, vulgatum illud repetens ? εἰλωμ ἔπαυτο

ποῖα εἶναι δεῖ. Constitui potius in eā partem peccare, quæ est ὁ δὲ ἀελλείας καὶ τερατείας, quam amicitiae decreta aliqua ex parte transgredi præuaricariq. Accipe itaq; iucunda & hilari fronte, Capnionis tui, immo mei defensionē, non quidem Tullianū μετέωρον ἂν ἐκ κόμῳ redolens, quippe quod nec res ipsa exigere videtur, non sti vet^o illud & tritū, μετὰ τῶν βαρβάρων βαρβαρῶσαι ἄν & quidem hominē vel eruditum. Est tamen, vt non oīno elegans, ita neq; ob sermonis incuriam reiſciendus, impendio enim conatus fuisse vir ille bonus videtur, vt quantū fieri potuisset, minimū accurate differeret, neue ei parti vspiciā defuisse videretur, quæ fuit ab aduersarijs defumpta, hinc & ipse per syllogismos totius negotij capita perstringit. Ad hunc nempe indagationis modum velut ad lydiū lapidem, hoc temporis theologi res oēs humanas pensitant, ibiq; sistunt tanq̃ ad sacram Dodosnam, aut Pythia quæpiam responsa. Iam vero illud sibi peculiare habet innocentia, vt quibus impetatur iaculis ipsum reuerberet iaculatorem, & (quod vulgo dicitur) Clauum clauo retrudat. Quæ dum maxime deserta, dū omni spe solatioq; destituta iudicatur, Tum primum ex hostibus emergit, & suum pristinum splendorem vendicat, vinci utiq; & succumbere nesciens. At quid mirum? Habet enim vindicem summum Deum ὃς πάντα ἔφορᾷ καὶ πάντα κυβερνᾷ, vt diuus Gregorius Nazianzenus cecinit, & itidem Sophocles in electra ὅτι μέγας ἐν οὐρανῷ θεὸς ὃς ὑφορᾷ πάντα καὶ κρατεῖ. Quod in huius nostri calumnia liquido euenisse, rerum euentus ipse testis est. Nam dum illius de capite, de fama, de fortunis, bellum iam atrox & crudele incalcesceret, conantibus aduersarijs non occulte & (vt dicitur)

p cuniculos, sed totis viribus, & cōserto Marte innocen-
tiā fortissimi viri expugnare. Ecce *δυνατότερον* ancle decio
dit, & illud Apollinis e cœlo oraculū descendit *γνώθι σε
αὐτόν*. Quod si mortaliū innumera turba mente non ses-
gni reponerēt, sicut friuola alia cōplura, nunq̃ profectio
in illud Stoicon paradoxon inciderent *πάντας τοὺς μω-
ροὺς μαινέει κτείνον*. Hī p̃sertim q̃ sacraē philosophiā ti-
tulo belle sibi applaudentes *συμμιλοῦσθαι*, scientes tñ
solū philosophum sapientē esse oportere, cū sint ipsi sa-
pe paphlagonibus stolidiores. Noluī certe magnus il-
le altitonans summi regnator olympi, noluit inq̃ bonas
artes p̃claraq̃ studia, tantā facere existimationis suae ias-
cturā. Neq̃ passus tot voluere casus insignem pietate vi-
rū. Mirabile dictū, Tres subito heroes cœlo demisit ab
alto, Qui senē nostrum Entellū, & laboris istius iam p̃-
pemodū pertesum, sua tuerent dexteritate virtuteq̃ p̃-
tegerent. Hos itaq̃ fortissimos inter duelliones, velut in-
ter argonautas Hercules, Hic noster achiepiscopus Na-
zarenus resplendet. Qui quāuis ob reuerendā suam ca-
nitiē, inter emeritos rudeq̃ donatos milites censerī po-
tuisset. Pro veritate tamē digladiaturus, prior ipse in ha-
renam progreditur. Et ne quis inter gregarios illum res-
ponere p̃sumat, multa p̃clare gesta facinora cōmos-
nefaciunt. Quæ quia totū per orbem iam sparsa habentur,
me vel ineptissimo p̃cone non indigent. Ad sum-
mā tamen laudis, quæ meo quidē iudicio amplissima est
illud conferre plurimū existimo, quod huic viro Max.
Leoni in philosophia p̃ceptorem gerere cōtigerit, non
absq̃ dextro augurio, vt is philosophus, q̃ totius orbis
caput, scientiarū ac ipsius philosophiæ (vt ita dicam) las-
cte *ὡπρες τοῦ τ' ἀμαλθείας κέρατ' ὁ βρώμαζ* sustinuerit

alueritq; idem & ipsam philosophiā eiusq; primariū an
 telignanū, ex hostium insultu foelicissime eriperet. Post
 hunc ex ordine Petrus Galatinus cōsequitur ἡμέτερος
 θεός, vir utraq; in lingua doctissimus. Sed ne eis quidē
 contentus, nempe qui vt ad literariam istam palæstram
 expeditior incederet, sub Hebræo præceptore eas lite-
 ras, de quibus altercatur, tanta foelicitate addidicit, vt cū
 doctissimo quouis nō sine laudē certare possit. Scripsit
 enim dialogum. xvi. libros complectentem, in quo toti
 us Thalmudici negotij controuersiam copiose docteq;
 absoluit, Hebraica frequenter, sepe & Chaldaica asserēs
 (his enim linguis Thalmud ipsum constat) Quibus pro-
 teruiam iudæorū, quasi proprijs cōfossam telis, eneruat
 prorsus & conuincit, prudentior fortasse illis criticis, q
 rem sibi prorsus ignotā, collatis vndiq; calculis, pro ro-
 stris publice condemnarunt. Nam si M. Ciceroni in aca-
 demicis quæstionibus credendū est, asserenti nihil esse
 tam futile, q̄ quicq; approbare non cognitum. Magis p
 fecto, nō dico futile, sed temerariū esse iudico, reprehen-
 dere quod ipsænescias, damnare qd ignores. Age vero
 ad institutum veniamus. In hac itaq; ἡμεῖς ἡμεῖς ἀνδρῶν
 σπουδαῖα Pirithoi vicem Garganus Senensis obtinet,
 vir tanta ingenij dexteritate præditus, vt illi Romæ phi-
 losophos herbam dare nil pudeat. Theologus proinde
 vt nō vulgaris ita longe clarissimus. Hic cum alias sæ-
 pe Capniozoili Stentorios clamores mira sua sagacita-
 te retudisset, tandem etiam ad scribendam defensionem
 animū applicuit, in qua per dialecticos elenchos, vt ad-
 uersario satisfacere velle videret, omnia illius sophisma-
 ta retorquet, atq; diluit, multa subinde ex sacrae philoso-
 phiæ adytis conferens, quibus apertam calumniā in-

nocentis viri tueatur. His tribus tam magnifice instructus heroibus atq; in præsidio collocatis. Quis non sibi de pulcherrimo triūpho fausta foeliciq; polliceri audeat, obistente vel tanta Zoilorum barbarie, quantā neq; in Marathone Darius, neq; ad Thermopylas Xerxes regum olim potentissimi habuisse dicuntur. Nam vt non minus scite q̃ grauitè apud Plutarchum in Laconicis apophthegmatis, Leonidas Anaxandri cuidā respondit, dicenti contra multitudinem sibi pugnandum esse *ἔι μὲν οὐδὲ με* inquit *τοῦ πληθους, οὐδὲ ἡ πᾶσι ἑλλὰς ἀρκεῖ, ἔι δὲ ταῖς ἀρεταῖς, αὐτὸς δὲ ὁ ἀριθμὸς ἰκανός.* id est, siquē multitudine me putatis, neq; ipsa tota Græcia sufficit, sin vero virtutibus, & hic numerus satis est. Et apud eundem Agis rex dicebat *ἀνάγκη πολλοῖς μάχεσθαι τὸν ἄρχον πολὺν βελόμηνον,* id est, contra multos pugnare oportere eū, qui multis cupiat imperare, Sed q̃a res eo me vocat, vt sub epilogo reliquos, & duces, & strenuos heroas pstringā, q̃ post istos antesignanos *ἐν τῇ συμμαχίᾳ* & in præsidarios connumerati fuerunt. Tu interea veniā ineptienti mihi dabis. Primumq; vos o charissima lumina mundi. Te inquam Leo Max. Maximilianeq; Cæsar cōpello, qui vestro illo syncerissimo iudicio, sæpe quid de hoc viro sentiretis, in publicum dedistis, Nam de altero vestrum id a dignissimis viris accepi honestissimū atq; pulcherrimum testimoniū esse redditum. Tuam vero o Cæsar ad Leonem Max. ipse ego epistolam vidi, qua illi veteranum consiliarium, multis egregijs laudibus ornatum cōmendabas, ipsos aduersarios falsa satis descriptione, captiosos quosdam Coloñ, theologos appellās. O magnum Maximiliani Cæsaris testimoniū, An ne solū illud ad explodenda multorum anserū sibi sufficere

putandum est: quippe cum leges atq; ciuilia iura, eis q
capitis causam dicerent, aut alijs immanissimis & ardu
is criminibus vocarentur, certum quendam numerū tes
tium præscribant statuuntq; quo vel absolui innocen
tes, aut damnari fontes possint, cur in hac causâ innume
ris testibus præferendus vnus Cæsar non admittitur?
Plurq; debacchanti nescio cui neophyto in ipsius fidei
Christianæ contumeliam creditur, q̄ tot sanctissimis &
grauissimis viris, quorū virtutibus atq; prudētia, restau
rari illa vel funditus euersa, Deo aspirante, posset, Quid
ego vos iudices cōmemorem Grimannum dico & An
chonitanum, nunquam satis ob id laudandos, quod vē
stra singulari virtute, & in nullam partem versabili cons
stantia, vir tantus hætenus viuī, qui ne vitā quidem is
psam nisi gratissimā viuere potuisset, honore suo quem
hucusq; semper integerrimū gessit, omni deniq; sua di
gnitate labefactata, Habet enim quendam aculeū cons
tumelia (vt Cicero contra Verrem), quem pati prudens
tes ac boni viri difficillime possunt, Quid sancti Chrisos
goni, qui Hadrianus dicit, adeo candidam & accuratā
in iudicando limam, vt in hanc partem parem habeat ne
minē, Quid deniq; Senogalliensem ipsum in totius phi
losophiæ studijs facile principem recenseā, Tamen Ha
driani ex ore post longam laudis præfationem, sanctū
hoiē appellari nostrum illū audiui, Appellat doctiss.
Cardinalis sanctū hominē, calumniator & neophy
tus, infamē, & hæreticū proclamant. O disparium di
spar iudiciū, sed libere loquar, plus valet mihi vnus do
ctiss. Cardinalis tam pium & magnificū testimonium,
q̄ centum calumniatorum, & mille neophytorum onos
crotalini stridores, De Senogalliense vero illud luce est

clarius, editurū ipsum apologiam fuisse, nisi abunde satisfactū ei negotio ab alijs ante eum extitisset. His adijci am volaterranum, atq; sanctorum quatuor Coronatorum primarios & incomparabiles viros. Quorū prior ille (vt est earum rerū grauissimus censor) perlecta Capnionis nostri defensione, summope hominis eruditione & vi dicendi tenebatur. Alter vero gloriæ loco censendum duxit, si de sua manu Cabalistica Reuchliniana Leo Max. susciperet, quasiq; auspiciatum illud, augustūq; futurum sit. Quod si nonnulli cornea fibra præditi, mihi vt iuniori fortasse credere nōluerint, oratorio more post argumēta testes vocabo (vt vtar Hieronymi verbis ad Iulianum diaconum) maioraq; ab illis accipient, interrogent grauissimos atq; dignissimos viros Iacobū Questenburgum, Ioannem Potgen, ambo pontifici a cubiculo, Stephanum Rosinum Reuerendissimo Gursensi Car. a secretis, Martinū Groningum Bremensem, doctorem Vuyck, omnes iuris doctores. Illi vtiq; veritati sunt testimoniū reddituri. Multos insuper adijcient, quorum mihi incognita sunt nomina, attestabunturq; his omnibus non esse postponendū Egidium Viterbiensem, olim eremitis Augustinianis patriarcham, Nūc accepto purpureo galero, apostolici culminis membrū, tot prope linguarum egregie doctum, quot hydra fuisse capitum describitur a poetis. Hic cum inter ecclesiasticos declamatores, vt alter Demosthenes habeatur, quadam celebritate e suggesto hominē publice collaudauit. Maximū certe pro innocente Capnione testimonium. Habet enim & locus ille religionem, vt nihil ibi, nisi verū dici & a veridico homine, præsumendum esse videat. Qua in re illud summopere mihi amur, quod in hāc

sententiam passim omnes prope docti diuinitus concurrerint, vt Capnionis iniuriam tanquam suam communi suffragio vindicandam esse putarēt, Cū alias tot fere sensus inueniri soleant, q̄t sunt capita. Taceo nunc tot principum Germaniæ sigillis aucta testimonia Saxonie ducis, Brandenburgensis Marchionis, ac Comitis Palatini imperij electorū Vuirtenburgensis, Badensis, Spirensis, & aliorū principum magnificas literas. Taceo tot florentissimas Romani Imperij vrbes resq; publicas, missis ad summū pontificē, nō literis, sed diplomatis, causam suæ sanctitati commendasse. Taceo deniq; tot doctissimos viros, & omnem extra imperitiæ aleam constitutos, seculares ac religiosos. Quorū si sola nomia persequi vellem, in iustum volumē epistola excreceret. Verūtamen honoris causa tot iam in mediū adductis heroibus, Pythagoricam adiungere *τετρακταύ* curabo. Est enim consuetus ille numerus primusq; cubus. Hos vero insignes *πολυίσορας* si e medio tuleris, orbatum se suis delitijs, orbis esse fatebitur. Tantū em̄ interierit bonis literis, quantum vix immenso temporis seculo recuperari valeat. At si incolumes propitia fata seruauerint, aurea redibūt studiorū secula. Et occidet serpens illud barbarorū virus, passimq; musarū dulce nascet amomū. Erasmū dico Rotterodamum Germaniæ vere phœnicem, musarū dulce delitium, alteramq; animę meæ partē, optimo quidem & foelicissimo fato nræ Germaniæ natū, cui sese in extirpandis barbarorū mōstris ppugnatorē fortissimū & inuictum exhibuit. Deinde Hieronymum Aleandrum Mottensem Reuerēdissimi domini mei Leodiensis episcopi, optimi pfecto & sapientissimi principis *ἀρχιγερματία*. Illum inquā Aleandrum quem ego (vt fas est)

non secus & amo & colo meum parentem, q̄ meas de-
litas, q̄ deniq; ipsum meum Apollinem. Est & ille Iaco-
bus Faber Stapulensis Gallia vindex, horū in numerū
merito reponendus, vtpote quem vere Gallicū Aristor-
telem dixeris, qui & Gallis philosophiā & philosophiæ
Gallos restituit. Habes præterea huius tam præclare cō-
iurationis, postremū Bilibaldū Pyrckeymerum ciuem
Noriburgensem, cum prioribus illis hebraice ac græce
doctissimum, mathematicaq; insignem, quæ mihi apud
illos possideri quasi gentilitio iure videt̃. Horū siquidē
testimonijs, vel ipso apud inferos Rhadamantho satisfa-
ctum esse quis ambigeret? quanq̄ nec certior, nec graui-
or testis est, q̄ pura sibi cuiq; cōscientia. At tua Zabelle
dignissime erga virū (cuius apparatus inepte nimis for-
tassis instruximus) admirabilis observatio fecit, vt tātōs
inter tamq; primarios viros tuū nomen primum & vlti-
mū occupauerit locum. At ego mihi nō aliud quicq; ar-
rogare ausim, quam bellici huius apparatus alterꝝ Chæ-
rulum, hoc est tantorum heroum ineptissimum præco-
nem esse, qui hortatu Martini Groningi hominis vtiq;
in amicissimis meis, has ineptias ideo adieci, vt libellus
iste cuius appēdix est, paulo fieret auctior, eoq; empto-
ribus gratior. Parce itaq; tu parce præcipiti musæ meæ,
nam & amor ipse scribere iussit, quem velocissimū esse
Deum poetæ cecinerunt. Parce igitur vel amorī. Vale
vir p̄stantissime, ac me mutuo ama, Ex Colonia Agrip-
pina septimo calen. Septembres.

MAXIMO MAXAEMILIANO CÆS
SARI MVNDI DOMINO, VICTO

ri & triumphatori semper Augusto &c.

Martinus Groningus Bremēsis. I. V.

doctor infimus, se deuote com
mendat.

ENquam vides pro innocente Capnione contra
nocentes Apologiā, Maxæmiliane Cæsar sem
per Auguste, a reuerendo Nazareno episcopo
inter diuinarum literarum Romanæ vrbis inter
pretes, vt non infimo, ita multo doctissimo, tibi dicatā,
& quam mihi tuæ serenissimæ Maiestatī offerendā tra
didit, ob varia itineris & discrimina, & incōmoda, tum
vel maxime ob debilis corpusculi mei, longa arduaq;
peregrinatione propemodū exhausti languorem, præ
sentare certe nequīui. Coloniam veniens eam per vere
darios quam ocysime ad tuam Maiestatem cum non
nullis literis aduolare curauī, Tuo itaq; sacratissimo nu
mini nuncupatam defensionem, sub nomine etiam tuo
æreis notis informandā non ab re duximus. Quo cun
ctis in propatulo esset prudentissimi pariter & grauissi
mi silentiarij tui innocentia, a quibus nescio harpyis cru
deliter hætenus laniata. Quarum profecto maior glos
bus, glomeratim stygijs sese extulisset vndis, nisi tuo
patrocinio vnice suffultus fuisset, & id quidem recte.
Haud aliam ob causam ἄτη, quæ mortalium rebus tur
bas plerunq; immittere solet, eius res inturbauit,
quā quod sacro diplomati tuo, vti decuit, probum,

f iij

a L. defen
 fores . C.
 de def. ci.
 ui. b. L.
 pupillus.
 . §. defen
 res de y.
 & Re. sig.
 et Alberi.
 derofa. in
 tra. de mā
 statu. i. iij.
 q. primæ
 partis &
 Mar. Lau.
 in trac. de
 cōf. prin.
 Bar. i. l. i.
 circa me
 diū ver.
 tu dicim
 mo. ff. de
 of. affe. c.
 Marti.
 Lau. i. trac.
 de cōf. pri
 d. L. qf q
 in pri. Ce.
 ad. l. luli.
 male.
 e c. funda
 mēta. §. de
 cet namq
 de elec. li.
 vi.

obedientemq; confiliarem virum æquiffime obtempe
 rare ftuduit . Ideo etiam optime Cæfar iuftiffime eum a
 calumniatorum fuorum inſultibus protegis, memor an
 teriorum principum conſtitutionis , qui ciuitatum des
 fenforibus præcipiunt, vti decuriones ab omni impro
 borum inſolentia & temeritate tueantur. a Eo autem
 nomine confiliarios ciuitatū intelligi ex pandectarum
 quinquageſimo libro b fatiſ liquet. Quid ſi hoc de de
 curionibus, id eſt confiliarijs ciuitatū ſtatuiſ, quāto ma
 giſ ſibi locum in ſummi principis confiliario vēdicabit,
 cum & iſ princeps in iure dicaſ c & illuſtris ſit d .Et
 ſane hac ſanctiōe quid vnquam ſanctius ſanciri potuit?
 qd imperatoribus, regibus, ducibus, principibus, puin
 cijs, populis, ciuitatibus, colonijs, municipijs, cū meli
 us, tum vtilius? Nec immerito Græci *ἱερόμῆ βραλῖ* aiunt
 qſi a rei tam ſacrę tamq; diuinæ violatoribus poena præ
 cipue repentenda foret, Ni id fieret, quis vlli conſilia da
 re auderet, & maximo præſertim præcipi? nemo me her
 cule nemo, quandoquidem ea ita libera eſſe debeant, vt
 ſine metu, & per omnia liberi in omnibus, quę pro tem
 pore imminent libere conſulant, & aſſiſtant. e Eam
 ob rem veteres illos iuris cōditores decurionatus hono
 rem, tantæ eſtimatiōis, tantæ venerationis, tantæq; emi
 nentiæ, ac tot prærogatiuis condecoratū voluiſſe exiſti
 mo, quippe quod cognocerent cōſiliariorū prudentia,
 impatores bene imperare, reges iuſte regnare, duces re
 cte ſuos ducere, principes principatus ſuos foeliciter gu
 bernare, prouincias prudēter admiſtrari, pploſ ſtrenue
 defendi, ciuitates ſapiēter regi, municipia fortiſ muniri,
 colonias deductas abūde augeri. Hoc haud dubie impa
 tor ſapientiſſime te mouit, vt hūc talē virū, Capnionem

dico, in cōsiliū tuū accerferes, & Iudaico præsertim
 isti nouo difficilīq; negotio adhiberes, a Græcis admo-
 dum vere scribit σοφον παρ' ανδρος προσδεχσ συμβολια
 γα σοφη σοφ γω γιγνεται συμβουλια. Quanta rebus in om-
 nibus hic sapientia polleat, tibi notius est, q̃ vt a me res
 censeatur. Quam vero ob multiūgam eruditionem,
 omnigenarūq; disciplinarum cognitionē, clarus habeas-
 tur, etiam cunctis iamdudū innotuit nationibus, ita vbi
 que effulget nomen eius ως τε γρηελίς άυγη πέλεμ ήε σελή-
 νης. & Homericū illud non iniuria ei accommodabimus,
 η σέ γε μῦθ' εδίδαξε διος παῖς, η σέ γ' άπόλλωμ. Tot præclas-
 ra, tāq; eximia & admiranda, ex ingenij sui exuperantis-
 simo fonte scaturierunt opera, vt in eum coelitus bonæ
 omnes scientiæ delapsæ videantur, non absq; singulari
 quapiam diuina prouidētia, adeoq; facto globo conue-
 nisse, vt quendam qualī doctrinæ orbem in eo consti-
 tuerint. Si enim theologum cupiueris θεολογώτατος, Si
 philosophū φιλοσοφώτατος, Si legisperitū νομικώτατος,
 Si oratorē, άθτιρογλωσσώτατος, Si poetam omni carminū
 genere προφερέσαιτ' erit. Quod si insignē Aristopha-
 nicus Bacchus aliquem vatem querere in animum iam
 induceret, Germaniam proculdubio peteret, tanto or-
 natam dono. Quid (vt cætera eius opera silentio inuol-
 uam) de mirifico verbo ab vilo mirifice magis scribi po-
 tuit? Quid quod Pythagorica & Cabalistica arcana pri-
 mus ipse primus (si verè fateri libet) Romanæ posterita-
 ti, & tā docte ac eleganter tradiderit, vt alij añ eum pol-
 liciti saltem, ipse autem præstitisse censeat. Congratulas-
 re igitur Germania tibi haud parum, quod eum prōdu-
 xeris, qui ingenio suo te maxime illustriorem reddit, cu-
 iusq; virtutibus tantum tibi & decoris, & ornamenti ac

cedit, vt si opus foret, haberes quem exoticarū regionū
 eruditissimo cuiq; conferres, Dum hunc effero Erasmi
 Roterodamū suis fraudari laudibus nolo, pari etenim
 glia dignū iudico, duos re vera Germaniæ oculos, aut
 si mauis soles. Hic vero de quo iam loqmur, Capnion
 cum talis sit, nulli tamen seruidius arctiusq; se astrinxit
 studio, q̄ vt triplicis linguæ, quibus diuina deteguntur
 arcana interpretatione reip̄. Christianæ prodesset q̄ ma-
 xime, futurū ratus si totius ecclesiæ scholastici viri has
 acrius amplexarentur, vt per linguarū diuersitatem gen-
 tes ad vnitatem fidei catholicæ, ac veram nostram religi-
 onem proprijs scriptis, blandimentis, mansuetudine, &
 ratione, non vi, ac iniuria, iuxta ecclesiasticas sanctiones
 perducerentur f. quantum ^{ἡ δὲ} diligentie, quan-
 tum sudoris, quantū deniq; olei in eam rem impendit.
 Atqui videmus, q̄ iniqua huic rependatur gratia, & ab
 illis præsertim, quibus vel ob vnum id permaxime cha-
 rus esse debuisset, q̄ hoc in puluere, si desudarent (vti cer-
 te eos deceret) multo & satius, & laudabilius foret, q̄ om-
 nē ætatem dialecticorū tendiculis absumere, quæ nō
 tā tendicula sunt appellanda, q̄ phantasmata, id est vmb-
 bræ quædā & imagines, quæ cito pereunt & resoluunt,
 vt diuus Hieronymus inquit, ac in Canonicis decretis
 repetitur. g. Quod non perinde improbandū esset, ni-
 si hoc dūtaxat ageretur, atq; per omne æuum, aut nō ab
 eis odio haberent exploderenturq; , qui solidissimis &
 honestissimis quibusq; disciplinis vnice ac perpetuo se
 addixerunt, atq; omni cura, magno studio, iugi conatu,
 aliud nihil moliant, q̄ multarum linguarū cognitione
 res ecclesiæ propagare. Liuent nō alia de causa, & emas-
 cerantur inuidia, q̄ quod sophismatū fumis, vident alio

f. c. q̄ syn-
 cera. lxxij.
 di.

g. xxxvi.
 di. c. vino
 inebriant.

orum elegantiora fructuosioraq; studia, longe anteferrī
ac adolescentū ingenia his excoli, poliri, ornari, quo effi
ci posse fortassis arbitrantur, vt eorū authoritas nonni
hil minuat, & Christianæ professionis homines ista stu
dia magis, q̃ istorum Garrulitates, & probet, & imiten
tur. Sed hæc abeant. Introspeciamus potius eius viri de
quo hæcenus nobis sermo fuit vitam, Et quid de vitæ in
tegritate, humanitate, modestia, comitate, probitate, gra
uitate, sanctitateq; morū, ac omni virtutū genere illius
referam, quem Germanicum Catonem vere dixeris: vt
qui ita maluit per reliquū vitæ tempus suos inter ager
los, hortos, prata, vineas, philosophice degere, sustētare
familiā, et paruā celebrare domū, q̃ a magnis et principī
bus viris ad ingentes opes, quæ aliq; ei non defuissent,
& ad summa rerū culmina euehi. Et certe perpetuā vitæ
lineam ad extremā ingrauescentemq; vsq; ætatem, sine
vlla labecula, vllq; suspicionis crimine sanctissime trās
egit, Testis es inuictissime Cæsar semper Auguste, vna
cū diuo patre tuo illustriss. Friderico. III. Apud vos em̃
integerrimum simul & sapientissimū consiliarium mul
tis annis egit, Testes sunt tot clarissimi heroes, tot eccle
siastici viri, in summo rerū culmine locati, tot proceres,
tot populi, tot cōmunitates, quibus frequētissime in ar
duis rebus autoritate adfuit, industria succurrit, pruden
tia profuit, consilijs auxiliū præstitit. Neq; hoc tibi Leo
optime maxime (tuū enim nunc numen alloquor, qui
pontificum perpetuum es columen, & perennis gloria)
incognitū est. Cum illīpsi pro tanti viri innocentia aper
rienda, ad tuam sanctitatem literarū pene cumulos des
derint, quem nescio quod hominū genus (Quando erat
vt posito deberet sine laborū, Viuere & in nullo solici

tante metu. Quæq; suæ semper placuerunt otia menti
Carpere, & in studijs molliter esse suis) criminis infimu
lare, penit⁹ labefactare, foedissimo heretico ificere, & de
turpare neuo, immo ad phlegethontas vsq; truculêter
rapere vndas adnixum est, quo astu, qua fraude, qua cir
cûscriptione, quibus technis, quibus versutiaꝝ laqueis
phoebea lampade splêdidius elucescit, quod vobis reue
rêdissimis eruditissimisq; iudicibus (te o Grymane, & te
o Anconitane compello firmissimæ ecclesiæ catholicæ
columnæ) apertius cõstat, ex sýncerissimis tot suffragijs
pro libri Ocu. Spe. qui inscribitur approbatione, supio
ri anno ab eminentissimis sacrae scripturæ, ac iurisprudẽ
tię heroibus Romę rectissime latis, inter quos cû primũ
locũ obtinuerit, atq; primum approbatoriũ votum de
derit huiusce sequentis Apologetici author reuerêdus
Nazarenus archiepiscopus, vere Theologus nõ vulga
ris, quemadmodum eius egregia opera ab hinc aliquot
annis ædita, & præsertim de natura cœlestium spiritũ,
opus, locupletissimi testes sunt, ita non alienum arbitra
tus est sibi primas etiã Reuchlinianæ causæ defenden
di partes vendicare, posteaq; æmulos his equissimis rite
q; datis suffragijs, nequissime acquiescere nolle accepit,
in tot celeberrimorũ doctorũ diuinæ humanæq; philoso
phiæ peritia haud mediocriter pollentiũ, ingentẽ igno
miniã, quicq; ad propriã eorum petitionẽ, & illã quidem
maximã, a summo pontifice super Ocu. Spe. examinati
one designabant. Quanta autẽ eruditione, quanto inge
nij acumine, quam iusto iudicio id agat, & quidem mo
destius multo q̃ cauillatorũ immodesta temeritas expo
scat, ex ipsius defensionis lectione facere perspicere est.
Et quis per Deum immortalem hunc librum tam egre

gie & ſyncere a ſuo authore declaratum damnaret, niſi
 præcipitis audaciæ, damnati ingenij, perditæ penitus iu
 dicij: Iuris eſt, apertiffime declarantē neq; corrigere, neq;
 q; adijcere h & ſi emendatio, aut imminutio inhibita
 fuerit, poſſe nihilominus declarare. i. Quinimo male
 conſulēs conſilium mutare poteſt, quod Papinianum
 quem Spartianus iuris aſylum ac legalis ſcientiæ theſau
 rum appellat, feciſſe legimus. k. Quid ergo Capnioni
 impurandum, qui vno eodemq; tpe calcographice oia
 emiſit, vituperonum ſpicula longe antea prudenter præ
 uidit, argumēta diligenter ſoluit, tela ſtrenue fregit, Nec
 ſi ita eſſet, declarationem tamen trahi retro uſq; ad tem
 pus, principiūq; actus qui declaratur, iuriſperitiſſimi vo
 luere. Hac ſane tam pura & clara declaratione probe in
 ſpecta, cui etiam ſimpliciſſimo, atq; rudiffimo ſcrupus
 vllus, ne dicam ſcandalum, ingeri poſſit, niſi fortaliſſis co
 inquinatis, quib⁹ nihil mundū: Vna hæc pene oim, qui
 Ocu. Spe. diſcuſſioni intererāt ſentētia fuit. Accipe igiſ
 illuſtriſ. Cæſar Nazarenī tui Apologiam placido hilas
 ricq; (vt oia recta ſoles) vultu, propediem & aliorū quæ
 iam ſub incude ſunt deſenſiones ſuſcepturus, & conſi
 liarium tuum tam ſpectatæ integritatis exploratæq; fi
 dei virū, e tot oblatrantium canū faucibus q̄ celerrime
 eripi cura. Ceſſitudinem tuam in plurimos annos incol
 lumē, ac florentem ſeruet nobis & vniuerſo orbi, idem
 qui te orbi præfecit optimus maximus ille Samarites Chri
 ſtus. Datum Agrippinæ Colonia. Cal. Auguſti. Anno
 M. D. XVII.

h. l. hære
 des palā.
 .ſ. qd vo
 ff. de teſta
 i. Bal. in. l.
 edita. C.
 de eden.
 K. l. fi. .ſ.
 pe in. fi. C
 de furt. &
 ibi. Bal.
 ac Alex.
 in addi.

AD MAXIMUM MAXIMILIANVM
CAESAREM ROMANORVM IM
PERATOREM SEMPER AV
GVSTVM, GEORGIVS BE
NIGNVS ARCHIEPISCO
PVS NAZARENVS.

ILLE EGO QVI cum Callien. essem episcopus, & sanctæ crucis Cardinalis reuerendissimi, sedisq; Apostolicæ legati meritissimi vestigia sequeretur, Germanicas contemplationes, quarum altera de Christianæ victoriæ vexillo, altera de virginis matris assumptione mirificos tractatus continebat, edidit. Nunc Romæ archiepiscopus Nazarenus existens, inter alia quæ scripsi, hunc quoq; tractatulum, in Ioannis Reuchlin Germanivtrac; in lingua, vel potius in omni (nam & Chaldæam & Hebræam complectitur) facundissimi, vtrac; in philosophia & diuina & humana præstantissimi, commendationem, per modum dialogi editum, ad te Inuictissime Cæsar transmittito. Cui namq; eum alteri quàm tuæ Maiestati dedicare potuissem: quæ ipsum Capnionem nostrum semper fouit, eiusq; curam semper gessit, neq; iniuria. Est enim decus & splendor patriæ, quam ab omni barbarismo eripuit, ab omni solocismo purgauit. Animaduerte inclyte Cæsar Maximiliane vel ad hoc vnum, habes quippe apud te virum, quem maximi mirantur viri, habes apud te virum latinæ græcæq; linguæ hac tempestate facile principem, habes eum Cæsar virum, qui Græcos omnium scientiarum inventores docet, qui latinos græcæ sapientiæ

atq; eloquentiæ perfectos imitatores, etiam propriam
instruit linguam, qui Chaldaeos atque Hebræos in eo-
rum (vt conijcio) sermone (ignota est enim mihi illa lo-
quela) superat, vel saltem eis æqualem se reddit. Perue-
nerat iterum ad nos ex Germania (nam primū ex Græ-
cia) tam theologia quam philosophia, lingua sola, sermo
ne duntaxat, Germanos superabamus. Nunc & Græci
& Latini ab isto Germano Capnione, viro diuino, etia-
m illa addiscunt, & ita quidem addiscunt, vt se ipsius
discipulos fateri non modo non erubescant, verumetiā
summopere gloriantur. Eum itaq; virum, qui tantope-
re illustrauit, glorificauit ac magnificauit patriam, non-
ne ipsa patria illustrare, glorificare, & magnificare de-
beret: quem alieni cōmendant, cur sui non suscipiunt?
cur suam lucem abijciunt? cur de sua gloria non glori-
antur? an forsā quia in patria sua acceptus est nemo?
Enimvero quoniam absq; te, qui & patriæ & orbi præ-
sides, id fieri nequit inuictissime Maximiliane, tua inters-
est, in cuius nutu vota totius patriæ sunt posita, hunc
tam præclarum virum, tamq; de patria bene meritum,
extollere, sublimare, ac omni honore & dignitate affice-
re. Nam si secus, ipsa patria ingritudinis accusabitur,
eiusq; rea erit. Ego certe si valerem, tam diuinū vatem
& philosophū, vīq; ad astra efferrem, id beneficii quod
in ipsum conferre potui, contuli, ipsum a calumnijs ad-
uersariorum ex ipsiusmet dictis ac scriptis aperte libe-
raui, tendicula ipsorum rupi, decipulas fregi, versutiæ,
astutiæ, doliq; sunt, quæcunq; aduersarij contra ipsum
moliuntur, quos iam (certe noui) tale duellum, eiusmodi-
q; prælium inijsse poenitet, verum ab inceptis præ ru-
bore pudoreue desistere nequeunt. Tu æquissime prin-

ceps, Tu inuictiff. Cæſar, Tu totius Chriſtiani orbis gubernator, virū eruditum, virū inſignem, virū mirificum, virū cuiq; huius ætatis viro in doctrina non poſſerendum, defende, attolle, & omnibus (prout ſua expoſulant merita) antepone, ac mei qui te ſemper colui, ſempq; veneratus ſum memor eſſe dignare.

¶ An Iudæorū libri, quos Thalmud appellant, ſint potius ſupprimendi, q̄ tenendi & conſeruandi.

¶ Dialogus, interlocutores Ioannes Reuchlin,

Georgius Benignus.

¶ Ioannes Reuchlin.

Conduceret arbitror, bonumq; ac vtile Chriſtiani foret, vt eiufmodi libri, vbi contra fidem noſtrā nulla ſpecialis & expreſſa blaſphemia continet, pro ingenij Chriſtianorū exercitio nō ſupprimerent, ſed vel apud epiſcopos, ac eccleſiæ paſtores, vt quando opus eſſet, pprio eos confodere poſſemus mucrone, cōſeruarentur. Quemadmodū & Apłs dicebat, Oportet hæreſes eſſe, vt pbatī manifeſti fiant.

¶ Geor. Be.

¶ Duo ſummi pontifices Innocentius inquam. III. & Gregorius. IX. vt Thalmud combureret iuſſiſſe ferunt, eis autem repugnare, nec tibi, nec vlli licet.

¶ Io. Reu.

¶ Omnem hoīem, q̄ humano teſtimonio p̄ciſe innitiſ, errare eſt poſſibile. Ois em̄ homo mendax. Relatū aut̄ illis pōtificibus fuit, vt etiā Alexander de Hales magnus theologus recitat, eis in libris multas etiā cōtra Moſis le

gem hærefes, & cōtra dominū nostrum contineri plurimas blasphemias, & ea de re eos suppressendos & cōburendos censuere. Hoc autē & ego semper asserui, & diffuse declaravi, & ptestatus sum me nolle blasphemos libros cōseruare, sed igni tradere, vel si hoc satius esse videret, solis pōtificibus cōseruādos indicere, vt & fides nostra, & ipsorū perfidia notari posset. Ad quid em̄ libri illi condēnandi sunt ea in parte, vbi omnia præcepta diuina illi populo tradita enumerant & rememorant: similiter vbi agunt de iudicijs & iudicibus, vbi q̄q tractant de medelis & medicamibus, herbis & alijs huiusmodi: Eodē modo quare sunt in illis, quæ ad cultū Dei secundū eorū ritum ptinent damnāda. Ecclesia tolerat ritū illum, cur nō & libros ritus eorū? Ad qd etiā sunt in illis passibus cōburendi, in qbus plurima & illa quidē præclarissima de Messihæ diuinitate & hūanitate, verbī incarnatione, matris perpetua virginitate, personarū trinitate, cū substantiæ, & nature vnitate, aliqui ex ip̄is afferūt, quæ nobis IESVM nostrū dilectissimum dominū verū Messihā credētibz admodū suffragant: Sunt pfectio eis in libris plurima, ex qbus eos (licet proterui & dure ceruicis, vt semp fuerunt sint) cōuincere possumus facillime. Ob quas quidē suasiones multi inter eos in talibz eruditissimi, relicta pfidia ad nostrā puenere fidē, & i ea (nō vt iste neophytus, q tantę cōtrouersię causā extitit) feruentissime vixerūt, & vsq ad finem pseuerarūt. Sunt & nōnulli inter eos, qui ad nos nō veniunt, licet vel ex parte credant, sed illud semen nō cadit in terrā bonā, vel ob eorū (in qua omne genus hoim superant) auaritiā, vel ppter fidei nostræ credibilia ardua, quæ tamen etiā in Cabala & nōnullis Thalmudicis libris itueri possent

vel quia nō sunt prædestinati ad vitam æternā. Sic affe
in Actibus ap̄licis ca. xiij. scribitur. Et crediderūt quot
quot erant præordinati ad vitam æternam.

¶ G.B.

¶ Cæcitate sunt pculsi, sicut & qui sciunt bonū, neq; tñ
faciūt. Norūt muscipulā, & pedem ponūt in eā. Vir qui
dā dignus exclamabat. Si iudæi nūc oēs in IESVM no
strū crederent, ego nō crederem. Nā vaticinio pphetarū,
& saluatoris ac ap̄lorū sententia, cæcitas eorū vsq; ad
yltīma tpa est duratura, & tandē reliq̃æ Israel saluæ fiēt.
Nō ergo mirū est, si videntes sint cæci. In mundū em̄ ve
nit IESVS, vt nō videntes viderēt, & q̃ videbant cæci
fierēt. Velamen est positū sup cor eorū. Libri itaq; hmōi
vsq; ad tpa illa sunt seruandi, vt ipsi suā proteruiā ac pris
naciā tandem agnoscāt, dicātq; Væ nobis, videbamus,
& videre nolebamus, & ita ipsimet nos excecabamus.
Et nos de gratiæ Dei benignitate, qua a tenebris ad ve
rā lucem puenire meruimus, lætemur. Deniq; in sum
mi pōtificis coronatione, vel coronationis suffragijs, seu
pcessionē, locū sibi altū in viā p quam pontifex transit,
iudæi parāt, atq; inter alia, suæ legis libros ostendūt, vt
eos cōfirmet postulātes. Pontifex aut, Nō cōfirmamus
sed toleramus, ritus scilicet v̄ros, & ritus vestri libros, re
sponder, Cur igit̃ sunt cremandi cū tolerari iubeant̃? Ac
cedit ad hoc, Nā frustra sit iussio, quæ mandari executio
ni nequit, librorū aut̃ illorū longē amplior copia inter in
fideles reperit̃. Enimvero quia tu Apostolū induxisti,
Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiant. A du er
sarij arguunt a simili, Necesse est vt veniant scādala, igit̃
occasiones scandalorū oportet manere & retinere. Hęc
aut̃ cōsequentiā mala, & est tuæ similis, igit̃ & tua mala.

¶ Ioan. Reu.

¶ Nosti sacrā scripturam plures habere sensus, & vnū
quēq; eam trahere posse ad quē sibi libet (illāsa fide) sen
sum. Quemadmodum ergo Apostolus ad inferendum
quod volebat dixit, oportet hæreses esse, vt probati ma
nifesti fiant, hoc est, vt veraces agnoscantur. Quia vt ait
Philosophus, Opposita iuxta se conspecta, magis eluce
scunt. Non enim cognoscit virtus, nisi ex comparatio
ne ad vitium, vt ait diuus Hieronymus. Sic & ego dixi,
oportet esse & manere libros illos, quasi a simili arguen
do, ad hoc vt cognoscatur melius veritas nostra, & no
stra recta fides ex Iudeorū cecitate & stultitiā, qui suorū
doctorū veram doctrinam non suscipiunt, aut intellige
re nolunt, & falsā quādam ac stulta complectunt. Quā
comparatio fieri non posset illis libris extinctis, non er
go ratio eorū procedit, cōsimiliter rationi, quā ego attu
li. Non em̄ dixit Apostolus, Oportet hæreses esse, igit̄
occasionēs hæresum non sunt extirpandæ, sed vt proba
ti manifesti fiant. & nos cōsimiliter dicimus, opus est il
los manere libros, vt nr̄e fidei veritas lymphidius cernať.

¶ Geor. Be.

¶ Placet id, nam Apostolus, Deum nullū permittere
malum, ex quo non eliciat aliquod bonum, norat. Vnde
ex malo hæresis, hoc, vt probati manifesti fiant, elicit
bonum, & tu cum Apostolo in hac sententia conuenis,
quæ est tacita & implicita. Conducit & vtile est esse ma
la, ex quibus oriuntur bona, Nam diligentibus deum,
omnia cooperantur in bonum. Sed Apostolus sub illa
sententia ponit hanc, Sed ex hæresibus oriuntur bona,
igitur necesse est, hoc est, igitur conducit & vtile est hæ
reses esse, Et vnum bonum quod inter alia ex hæresibus

sequit̃ exprimit, videlicet vt probati manifesti fiant. Tu vero sub illa sententia cōmuni subassumis hanc, sed ex libris Talmudicis plurima oriunt̃ bona, vt iam diximus, igit̃ bonū est eos esse, non obstante quod in illis quandoq; aliqua falsa vel stulta reperiunt̃. Differt tñ minor tua a minori Apli, quia hæresis est tota mala, quia contraria fidei, Talmudici libri aliqui sunt omnino pro nobis, aliqui contra nos, aliqui neutri. A duersarij formant alio & diuerso modo consequentiā, quæ non est ad rē, neq; ad mentem tuā, aut ad vim verborū tuorum. Enim uero mirant̃ pleriq; cur illos libros sic indistincte hæreses appellasti; cum in eis multa vera, vt etiam tu asseris, contineant̃, omnis aut̃ hæresis sit falsa, sed vim rationis tuæ non perpendunt.

¶ Ioannes Reuchlin.

¶ Plurimū interest veritatem docendo, illi misceri falsitatem, & docendo falsitatem, illi miscere veritatē, libri hæreticorū falsa docent, nōnulla vera interponentes, libri Talmud vera docēt, quia fidei nostræ mysteria pandunt, sed stulta & falsa quandoq; interponūt, Falsa qdē docent hæretici, quia fidei vera, contraria probare conātur, & falsitati quam intendunt nonnulla vera interponūt, Libri vero Cabalæ, seu Talmudici docēt vera, & illa intendunt, quia fidei orthodoxæ mysteria abscondita propalant, licet interdum aliqua falsa & stulta intermiscuant, non sunt igitur hi libri appellandi proprie hæretici, neq; vt hæreticorū libri igni adiiciendī. Hi enim ex intentione veritati, illi falsitati adhærent, His in mente p se veritas, aliūde falsitas, illis per se falsitas inest, per accidens veritas. Libri hæreticorū sunt, qui vna nobiscū & Christum & eius confitent̃ publice nouum testamen-

rū, Libri Talmudici foris vident, licet aliquo modo in-
tus sint. Præterea illos libros non appellavi hærefes, sed
similitudinem Apostoli de hæresibus illis, appuli his li-
bris, Et si eos hærefes appellassem, nō atrox crimen fuisset,
Sicut nanq̃ omne quod nō est ex fide, etiam amor
Dei, peccatum esse dici potest, hoc est, non meritum
vitæ æternæ, qui em̃ caret fide, caret & gratia, & gratia
Dei est vita æterna. Sic omnis doctrina, quæ est sine fide
de nostra, hæresis est, & licet infidelitas dicat quævis ve-
ra, non sunt tñ vera, æternæ salutis meritoria. Est igit̃ si-
milis hæresi, quia non perducit ad veram vitā, sine fide
Christi. Neq̃ est simile de libris hæreticorum in fide no-
stra, & libris qui sunt extra fidem nostrā, & quos eccle-
sia tolerat, sicut non est simile de Alchoran, & libris Ar-
rij, aut Sabellij, Hi em̃ sunt intus, alij foris, Quid autem
mihi cum his qui foris sunt inquit apostolus?

¶ G. B.

¶ Si foris sunt, qd̃ ergo tu qui intus es, eosdē defendis?

¶ Io. R.

Quemadmodū Socrates dixit, vnū scio, q̃a nihil scio,
ita & ego hoc dūtaxat defendo, qd̃ non sunt eo modo
offendendi, quia nostra nō interest suppressere ritus eo-
rū, qui foris sunt, nisi velimus eos cogere ad nostrę legis
observantiā, vt aliqui consuluerūt, & nō tolerare, quip-
pe vt aiunt minus malū impune eis foret, nō posse legē
illicitā seruare, q̃ libere tenere. Sed quousq̃ eos tolera-
mus, etiā libros quibus se tuenē tolerare deberemus.

¶ G. B.

¶ Libros Thalmudicos, non modo tu cui non medio-
crem adhibeo fidē, sed omnes nostri illā linguā scientes
vt Nico. de Ly. Burgen, & cæteri, nullatenus extermin-

nādos, sed potius p cōmō & vtilitate Chřianorū confer
uandos eē cēsuerē, soli illius sermōis ignari, tumultuosū
vulgus sectantes, cōtra illos inuehunt libros, graculorū
more, nescientes qđ pmant, & vocē ppriā ignorantes.
Ego cui parū est illius linguæ, vestrā hoc est Ni. de Ly.
Burgen. & tuā in hac re cōple for sententiā. Verū male
sonat in auribus meis, qđ illa Chřisti verba Ioan. v. Scru
tamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitā æternā
habere, & illæ testimoniū phibent de me, sint de libris q
sunt in Talmud collecti, intelligēda, q̄ expositio noua vi
det & extorta, nam ex his q̄ p̄miserat & q̄ subiungit,
ip̄m de scripturis p̄phetarū & testamēti veteris ibi locu
tū fuisse cōstat. Præmiserat aut paulo ante hæc verba. E
go nō ab hoīe testimoniū accipio, supple tanq̄ hoīe, Idē
circo dixit Petro, Caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed
pater meus q̄ est in cōlis, Et loānes phibuit testimoniū
veritati, nō a seipso, sed ab illo inspiratus, q̄ dixit, Super
quem videris spiritū descendētē, ille est. Et paulo post,
Opa inqt quæ ego facio, testimoniū phibēt de me, & q̄
misi me, testimoniū phibet de me, Et seq̄ illa particula
Scrutamini scripturas. Et statim tacitā excludēs obiecti
onē, ne quis crederet ip̄m de Hebræorū doctorū loqui
scripturis, respondet, Claritatē hoc est testimoniū p̄ qđ
clarus fiā ab hoībus non accipio, sed cognoui vos, quia
dilectionē Dei nō habetis i vobis. Scribæ aut erāt hoīes
& humano sensu sunt locuti, & eorū testimoniū aperte
respuit. Quō igit ab illis illud postulat aut exigit? Et in
fra sic ait, Nolite putare, q̄a ego accusaturus sum vos ap
ud patrē, est q̄ accusat vos Moyses, in q̄ vos speratis, Si
crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me em̄ il
le scripsit, Hæc ibi, Ecce scripturas, q̄s scrutari volebat.

scripturas inquā Moſis, hoc eſt totius veteris teſti, qđ to-
tū ſū ſumptū vocat lex ſcripturæ, ppter. x. verba in tabu-
lis lapideis digito Dei ſcripta, & Moſi tradita, Et in hac
ſcriptura & Moſe ſperabāt, & putabāt, hoc eſt, credebāt
ſe habituros vitam æternā, Quid ad hoc a quoq̃ respon-
deri poterit?

¶ Io. R.

¶ Cuperē vt totam mentē tuam & conceptū vniuer-
ſum hac in re exprimeres, & ſi acutiſſimas cogitationes
tuas euadere nequiuiro, victū me potius legum docto-
rem a theologo non ignoto fateri minime erubeſcam.

¶ Ge. Be.

¶ Noui te q̃ Hebręas, Gręcas, & Latinas calles literas
oīm legū, etiā diuinę ſcripturę (quā theologiā appel-
lamus) egregiū doctorem eſſe, & recte ad ſingula rñſurę
Procedam tñ hac in re vltorius, put iubes, nō vt tibi in-
ſolubilia afferā, ſed vt alijs tui ingenij acumen oſtendā.
Iſtos Hebręorū libros, Chriſtus dominus Matthæi. xv.
& Mar. vii. vt etiā tu fateris traditiones ſeruorū appella-
uit, qđ præſuppoſito arguo ſic, Nullus ab illis teſtimoniū
quærit, qđ ipſe reprehendit, & in eis eſſe veritatē negat,
ſed Chriſtus ſeruorū traditiones tanq̃ falſas, & legi diui-
næ cōtrarias oſtendit, Ait em̃, Quare & vos tranſgredi
mini mandatū dei propter traditionē veſtram, nā deus
dixit, Honora patrē & matrē, vos autē dicitis, ſcilicet con-
trariū, Et Marcus addidit, & ſimilia hmōi multa facitis,
q̃ ſcilicet ſunt cōtraria mandato Dei. Et præmiſerat, hypo-
crite. bene prophetauit de vobis Eſaiās, Populus hic
labijs me honorat, cor autē eorum longe eſt a me, inuanū
colunt me doce. doc. & in ho. Et infra, ſinite illos, cæci
ſunt & d. cæ, Et Matthæi. v. expreſſe ipſorū ſcribas rep̃

heredit dicens, Nisi abundauerit iustitia vestra plusq̃ scri-
barum & phariseorū, non intrabitis in regnū cōlorū.
Sequitur, Audistis quia dictum est antiquis, Non occi-
des, & supple, Scribæ vestri dicunt legem illam nō pro-
hibere animū, sed manum, Ego autē dico vobis & quæ
sequuntur. Et rursus dictum est antiquis, Non mœcha-
beris, Scribæ vestri exponunt solū de actu, non animo,
& cætera id genus, Ego autē dico vobis, contrariū scilicet
vel dissimile. Præterea nostri fatent̃ triplicem huma-
næ naturę statū, seu legē, Naturæ. Scripturæ. & Gratię.
Et lex vetus tota cōmuni vocabulo, propter manda-
ta in tabulis lapideis digito Dei scripta, vocatur lex scri-
pturæ. Quando igit̃ dixit, Scrutamini scripturas, intel-
lexit de veteri testamento, quæ est lex scripturæ. Vnde
Lucæ. xxiij. dicitur, Interpretabatur eis in omnibus scri-
pturis, quæ de ipso erant. Et paulopost quasi declarans
hunc sensum subdit, Necesse est impleri omnia quæ scri-
pta sunt in lege Moſis & prophetis & psalmis de me. Et
statim subnectit. Tunc aperuit eis sensum vt intelligen-
rent scripturas. Vetus igitur testamentum per antono-
masiam dicitur scriptura, quid igitur sonet, Scrutamini
scripturas, iam vnicuiq̃ patere potest, Vnde Matthæi
xxvi. dicit dominus, Quō ergo implebunt̃ scripturæ?
Et alibi sapius ita vetus lex appellat̃. Non igitur est be-
ne dictū, quod Christus verbis illis voluit pprie signifi-
care & iudicare scripta magistroꝝ, ex quibus potissimū
confectus est Talmud. Tandē ipsos Talmudicos libros
appellasti hereses. Si ergo Christus dominus eos scruta-
ri voluit, igit̃ hereses scrutandas iussit, & hereses de ipso
testimonium perhibere asseruit, Quo quid absurdius?

¶ Ioannes Reuchlin.

¶ Euenire plerunq; solet, vt cum aliquem laudare, aut defendere cupimus, non solum vera, sed etiam verisimilia assumamus, legat Demosthenes, legatur & Cicero, audiantur & nostri concionatores ac doctores, qui dū sanctorū aliquem efferre cupiūt, tot & tanta in laudem eius inducūt, vt omnes excellere videatur. Sic dum de vnaquaq; virtute loquuntur, aut scribunt, eam om̃ibus alijs prap̃onere vident. Similiter si de minimo vitio sermonem habeant, adeo illud vituperant, vt nullum illo scelestius esse p̃sudeāt. Sic & mihi in cōsultatione mea contigit, nam dum existimarem sicut & nunc existimo, libros Hebræorū nobis vtilēs esse, & ægrefcerem illorū consilia, qui eos supprimendos docerent atq; comburēdos, omneis rationes quas in fauorē huius opinionis inuenire poterā, in illo breui tēpore scrutatus sum, & multos libros reuoluendo, in Burgensi illam expositionem reperi, Christum videlicet dum diceret, Scrutamini scripturas, de scripturis Talmudicis intellexisse, Ipsum autē egregiū bibliæ & sacrarū literarum expositorē, ita vt certet quodāmodo cum Nico. de Lyra, iudicant pene omnes. Assumpsi ergo illud tanq̃ probabile ac verisimile. Et vt ita opinarer mouit me vis trium dictionū quæ ibi ponuntur, illa enim dictio Scrutamini, græce sonat, acsi diceret, disputate in scholis, Vt plurimum autem sit apud eos disputatio in scholis de scribarum & doctorum libris, Mouit me & illa dictio, putatis, quæ si in lingua græca, in qua euangelium primo scriptū est, inspicitur, significat acsi diceret, putatis, hoc est pro vero tenetis, nec tamen verum est, vos in illis scripturis habere vitam æternam, quia vita æterna non consistit in libris, præsertim illis, Tertio Mouit me illa dictio, &, acsi dixit

Et. Et præter sacras scripturas, illæ etiam scribarum scripturæ testimonium perhibent de me. Autoritas igitur ipsius Burgen. primum & suasiones ex tribus dictionibus ortæ secundario, ad ita opinandū me mouerunt, vt dicerem, quod Christus perscrutari iubet, illud cremari non vult. Et ita sumpsi mediū si non ex veris, tamen ex verisimilibus, prout sapissime fit. Enimuero vt hoc altius repetam, dico ibi dominū locutū fuisse de libris sacræ scripturæ, quod quidem negari non potest, quis tamen probabit ipsum etiā de his locutū non fuisse? Qui enim principia scrutari iubet, etiam illa quibus agnoscuntur pprie discutere mandat. Proprie, quia vere ita vult Proprie, quia ex intentione. Intendebat enim illas scripturas proprie, quia iubens scrutari principium iubet scrutari sensum eius. Et quia libri illi, sensum scripturæ sacræ interpretantur. Iussit & illos scrutari proprie, per quorū agnitionem sacrā agnoscimus scripturam, imo quia nil aliud est scripturas scrutari, q̄ earū percipere sensum, illū autē Iudæi non poterant intelligere nisi per doctorū expositiones. Scripturas scrutari nil aliud est, q̄ doctorum & postillatorum veracium scripta & commentaria perquirere, & id proprie & propriissime si dici potest, neq; obstat quod dominus antiquorū traditiones damnauerit & reprehenderit. Talmud enim plurimos in se congestos continet libros, quorum aliqui optimi, aliqui sunt pessimi. Talmud ergo optimū quid ac pessimum, sicut de lingua dicere solemus, vt sit membrum, quo nullum melius, nullumq; peius. Duæ subcontrarię possunt esse simul verę, sed non simul falsę, Scrutari itaq; scripturas est earum discutere sensum, illum autē sine expositoribus habere nequimus. Ipsos ergo perquis

rere iubemur, Scrutamini scripturas, discutite inq̃ doctorū super scripturam declarationes, vt eam recte percipiat, quia ex doctorū postillis ac scriptis, earum colligēt sensus, non enim omnibus Christus aperuit sensus vt intelligerēt scripturas, sicut apostolis aperuit. Nō itaq̃ ex verisimilibus dūtaxat, sed ex veris & necessarijs processisse videbor. Qui nanq̃ A intelligi iuberet, & illud nisi per B ipsum intelligi nō posset, iuberet vtiq̃ & B. Iudæi autē scripturas cōmode & semota diuina reuelatione sine Rabbīnōrū expositionibus scrutari nequibant, vt itaq̃ illos expositiones viderent & discuterent imperabat. Sensus igit̃ est, Diligenter inquirete prout in scholis facitis expositiones huiusmodi, & per eas intelligetis scripturas sanctas. Et illæ expositiones in quibus vos putatis habere vitā æternam, sunt quæ testimoniū phibent de me, neq̃ tamen per illas expositiones, neq̃ per ipsam scripturā sacram expositam habetis vitā æternam, Non enim vultis (inquit) credere in me, qui sum vita æterna, Libri loquuntur de vita, declarant vitam, ostendunt vitam, sed non sunt ipsi vita, Libros autē illos non dixi hæreses esse absolute, sed rationem consiliem rationi apostoli formaui. Si q̃q̃ eos hæreses appellassem, hoc eo modo quo dixi intellexissem, quia sicut omne quod nō est ex fide, peccatum est, Sic omnis veritas sine fide, falsitas & hæresis est. Non enim perducit ad vitam.

¶ G.B.

¶ Temerarie dictum censent Christum præcepisse liberos illos comburi nō debere, quia tunc duo pontifices maximi qui eos comburi præceperunt, contra diuinū mandata egissent.

h ij

¶ Io. R.

¶ Si non est temerarium dicere, Scrutamini scripturas hoc est sensum scripturarū medio vestrorum doctorū p̄quirite, non est etiam temerariū dicere, præcepit non cōburendum, quod iussit diligenter inquirendum. Sed sequitur tanq̄ probabile ex probabili, immo verū certum ex vero certo, prout ostendimus, Quid aut̄ illos pontifices mouerit, diximus. Sunt equidem in illis libris plura nostræ fidei præclara adminicula, sunt alicubi nonnulla eidem aduersantia, propter adminicula cōseruandi essent, propter aduersantia supprimendi, verū tutius est malū gratia boni tueri, q̄ ob malum perimere bonū, nam & Deus ob decem bonos, mille tolerat malos.

¶ Geor. Be.

¶ Nimium concitasti tumultū dicendo scripta ludæorum ita bene vel æque bene perhibent testimonium de Christo, sicut biblia, & subiunxisti, & hæc est veritas, testimonium quippe bibliæ, est testimonium spiritus sancti, illud vero est testimonium hoīm, testimonium autē Dei maius est, inquit Ioan, in canoñ, prima.

¶ Io. R.

¶ Non solum dixi æque bene vt biblia, sed etiam dixi quandoq̄ testimonia ipsorū efficaciora esse pro nobis q̄ testimonia bibliæ, nō quidem in se quo ad rem, sed quo ad hominem, nam si ex biblia personarum trinitatē probare voluerimus, ex eo quia diciť, In principio creauit Deus, Vel ex illo, Faciamus hominem, audiunt & contemnunt, vel ambigunt, si ipsorū authorem ita exponētē induxerimus, arrigunt aures & consentiunt, sic de incarnatione, vt si probaremus messiam venisse per iacob patriarchæ prophetiam, Non auferetur sceptrum de lu

da, donec veniat qui mittendus est, & reliqua, negant illum mittendum esse messiam, nisi eorū doctore induxerimus, sic & de lxx. hebdomadibus, sic de statua Nabuchodonosor, sic & de alijs hmōi. Et similiter si verbū dei carnem factū probare voluerimus per illud, vocabitur nomen eius admirabilis, cōsiliarius Deus, & reliqua, & non citauerimus eorū testem, non accipiunt biblię testimonium verum, nisi doctores eorū illud verum asseruerint. Sunt quoq; nōnulli apud eos libri, quos non suscipimus, qui clare cōuincunt messiam venisse. Assumam vnum ex multis, exiit sermo inquit de domo Heliae sex millibus annorū durabit mundus, duo millia vanitatis, duo millia legis, duo millia dierū messiae, hęc illi, Propter hoc & similia multi eorū dicunt messiam venisse, vt ait Nico. de Lyra, sed nondum apparuisse, habitare cum angelis, vel tanq̃ peregrinum circuire & lustrare mundum, quo licet falso, ab eis tamen concessio, ipsos cōuincimus, & sic videntes nō vident. Dixi igit̃, qđ æque bene, imo efficacius contra eos arguere possumus ex illorum libris, q̃ ex biblia, quia illam sine suo doctore nō accipiunt. Necessē est igitur illos inspicere, si voluerimus eos conuincere, & quandoq; ex falsis, ab eis tamen concessis, eos facilius cōuincimus, q̃ ex biblia, seu ex veris. Nulla enim probatio est efficacior, q̃ aduersarij propria confessio, & q̃ ex concessis ab aduersario inferri contrarium, seu contradictorium suę opinionis.

¶ G. B.

¶ Videbatur aduersarij te crimen læsę maiestatis cōmisisse, dū rationes ex Talmud sumptas, illis quæ ex Biblia sumerentur æquiparares. Et tu eos nunc etiam efficaciores esse probasti. Ego declaro vltcrius, dicendo te

h iij

noie Bibliæ non solū vetus, sed etiā nouū test. intelligere. Teq̃ non solū opinari, sed firmiter asserere, efficaciora esse in cōuincendis Iudeis, testimonia Talmudica, q̃ euangeliorū & apłorū. Imo nouę legis testimonia nīl valere contra eos, quia nō præsупponunt, sed respuunt illa. Re quoq; ipsa vniuersi qui eos libros legerunt, clarissima pro fide nostra ex illis afferunt testimonia.

¶ Ioan. Reu.

¶ Caue tibi Benigne, ne te q̃q; calumniatores supprimāt, sed q̃a opinionē tuā nimis declarasti, certe neqbūt, q̃d fecissent si dixisses testimonia Talmudica, æq̃ bene cōcludunt de Christo, sicut euangeliorū & apłorū, imo & melius ac efficacius, non solū vltra Coloniā, vt ego, sed vltra Sauromatas & glaciale oceanū exulasses, & cū Gog & Magog resedisses. ¶ Ge. Be.

¶ Si istud q̃d inter oia tua absurdus videbat̃, ad tantā lucem venit, vt sine vlla hæsitacione ipsius veritas clarescat, sic vt etiā ab aduersario, nisi positionē seruet, prout Arist. loq; cōsuevit, negari nequeat. Enimvero vt alijs q̃q; facias satis, mihi em̃ fecisti. replico etiā ad quedā alia. Lacesunt te in his, Dixisti em̃, Si oēs Iudæorū libri cōtra nos essent, nō venirent p̃pterea cōburendi, & q̃d Iudei in suū bonum, & p̃ defensione fidei suæ possunt scribere libros contra nos, & nobis non gratos.

¶ Io. R.

¶ Quotq; libros pro ritus sui cōseruatione, absq; exp̃sa blasphemia, vt semp̃ testatus sum scriberent, cū ritus ille hac tempestate aduerset nobis, sumus em̃ nos in luce, ipsi in vmbra, nos in re, illi in figura, licet figura p̃terit erit, nos in die, ipsi in nocte, quīs vere nox p̃cesserit, vniuersi eiusmodi libri contra nos essent, neq; tū venirent

cōburendi, q̄a sicut eorū ritū, ita & libros pro ipsorū ritū cōfectos tolerat ecclia. Non itaq; solū ex eo, q̄a contra nos sunt, seq̄r vt sint cōburendi, q̄a tunc & ipsi & q̄ cūq; contra nos essent, cōburi deberent, posita em̄ causa p̄cisa, ponit̄ effectus, si ergo cōburendi sunt, oportet aliā causam, quā quia contra nos sunt, assignari. Eadem igit̄ licentia possunt nostro ritui non grata, imo cōtraria scribere, sicut c̄rimoniarū & ritus sunt nobis diuersi. Et sui vnicuiq; grati, alterius non grati, vnusq;q; em̄ in suo sensu abundat, & qualis est, talia opinat̄ atq; loquit̄.

¶ Geor. Be.

¶ Recte veritatē defendisti, verū aduersarij tui illud pat̄i neq̄unt, q̄n̄ dicis, Iudæi p̄nt inter se dicere de Christianis, q̄d m̄tiunt̄, q̄n̄ in die parasceues noiant eos p̄fidos, nā fidem suā nunq̄ fregerunt. Arguūt contra te, nā si Iudæi Christianos mentiri possunt dicere, quādo eos vocant p̄fidos, ac si fidem suā fregissent, quam t̄n non frangunt, nisi q̄n̄ ad nostrā accedunt. Igit̄ ecclia mentit̄, hoc est, falsum dicit, non t̄n contra mentē, idcirco non p̄prie mentit̄. Dicere aut̄ eccliam mentiri seu falsum dicere, hæresim sapit, ita ipsi cōtra te p̄cedūt. Ego etiā contra idē, alio modo p̄cederē. Certū nobis est fidē antiquorū patrū & nostram esse eandē. Quia nisi in fide mediatoris Dei & hoim saluatus est nemo, Iudæi aut̄ sunt filij illorū patrū. Igit̄ eandem tenere fidē, quam ipsorū patres tenuerunt, tenent̄, neq; t̄n tenent, quia in Christum dominū non credunt. Ipsi vero credebant, perfidi igit̄ sunt, quia fidem patrū suorum, quæ & ipsorū esse debebat, fregerunt. Perfidi igitur recte dicuntur, dum in sua proteruitia m̄anent, fidem suam verā contemnentes. Non itaq; nos mentiri dicere possunt, cum pro ipsis tanq̄ perfidis ora-

mus. Vnde Aplūs Pau. conuersus non erubuit dicere,
blasphemus fui, & per consequens perfidus, quia pfici-
ens in iudaismo, veram patrum fidem fregerat.

¶ Io. R.

¶ Panormitanū illum imitatus, eam protuli sententiā,
O infelice sortem meam, autores dictorū meorū catho-
lice loquunt. Quicquid ego dixerō, hæresis erit. Nemo
Burgensis, nemo Nicolai de Lyra, nemo panormitani
condemnavit scripta, sed si ego dixerō, damnabunt ex
templo, Responſionem tñ ad ipsorum cauillationē scie-
bam, quā si nesciuiſſem, ex obiectione tua didiciſſe pos-
teram, nam absq; vlla ambiguitate, antiquorū patrum
& nostrā, eandem fidem esse censeo. Et Iudeos fidei pa-
trum suorū, & suā, quam videlicet tenere deberent, fra-
ctiores esse noui, perfidos igit̃ eos recte vocamus. Nos
em̃ fidem ipsorū, hoc est patrum antiquorū, quorū ipsi
vestigia sequi debuissent, tenemus, ipsi respuunt, nam il-
lum qui in ppria venit, & qui ad eos missus erat, nō re-
ceperūt. fateor profecto fidem Iudæorū qui nunc sunt,
non esse illam, quam Moſes & alij prophetæ habuerūt.
Illi enim in IESV, Nazareno domino nostro sperabāt,
hi minime. Non igitur Moſis legem, aut vetus testamen-
tum obseruant, quia IESVM Nazarenum messiam esse
se non credunt, vere itaq; perfidi sunt, Neq; tamen Pa-
normitani sententia, quam & ipse dixi est veritatis va-
cua, fidem nanq; modernorū Iudæorū ipsorum perfidiā
ipsorū ritum, ipsorū cultum qui iam expirauit, q̃ ipso iu-
re consummatus est, vocamus, & hanc perfidiā nō fra-
gunt, non sunt igitur perfidi perfidiæ, sed tenaces, Pos-
sunt igitur dicere nos mentiri, si eos suā prauæ fidei fra-
ctiores appellauerim⁹, sicut si quempiā in grassatoria ex

perissimū, latronem optimū diceremus, nō mentimur, sed si pessimū latronem assereremus, mentiremur, licet esset homo pessimus. Ecclesia igitur eos perfidos (eo qđ ea quæ nos credimus, dum credere teneant nō credūt) vocat. Ipsi vero quia fidei suæ pueriæ firmiter adhærēt, se perfidos esse negant, si ergo nos eo modo ipsos perfidos vocaremus, non recte astrueremus. Sunt ergo vere perfidi, quia vere suæ fidei violatores. Et sunt non perfidi, quia prauæ suæ fidei firmiter adhæsores.

¶ G. B.

¶ Logici dicerent vnico verbo eos esse perfidos absolute & simpliciter, nō pfidos vero secundū quid, quæadmodū in malignitate perfectus, est secundū quid, & nō simpliciter perfectus, vt tu bene de grassatore exemplū dedisti, hoc absolutū est & meo iudicio euidentissime.

Enimvero calumniantur te satis apparenter, & in sententia quam dicis, & in exemplis quæ pro illa adducis. Dicis autē, quod quia IESVS apparuit sicut homo & per consequens seruus, Ita etiam Iudæi non aliter reputauerunt eum, quam scilicet hominem & seruum, & neq; de ipso, neq; de matre eius, neq; de apostolis quicq; diuinum tenuerunt, & adhuc non tenent. Ista verba excusationem perfidiæ Iudæorum præ se ferunt, ac si aperte diceres. Non est mirum, si Iudæi non crediderūt neq; credunt in Christū, quia venit vt seruus, quia formā serui accepit, vt inquit Apostolus. Non itaq; videbantur obligari in ipsum tanq̃ in Messiam credere, quia formā hoīs & serui ostendebat. Cōtra hoc est illud Ioan. xv. Si nō venissem, & locutus eis nō fuissem, peccatū non haberēt. Nunc autē excusationē nō habent de pctō suo. Et iterū, Si opa nō fecissem, q̃ nemo alijs fecit, peccatū nō

haberēt. Et q̄ sequunt̄. Tu excusas Iudæos, & Christus dicit, excusationē non habēt de peccato suo, habere excusationē, & illam nō habere, nō bene sibi q̄drant. Præterea non oēs Iudæi credunt messiā Deum & hoīem esse oportere, sed hoīem solum, illū tamen magnū, sicut Moīsen, imo & Moīse maiorē, forma igit̄ serui in qua apparuit, nō excusabit eos, si messias sit purus homo, quin deberēt credere in ipsum tanq̄ a Deo missum. Exempla vero de virgine in meretrício habitu inuenta, & clerico in stipendiarij veste repto, horrorem ob irreuerentiā p̄is auribus incutiūt. ¶ I. R.

¶ Nicolaus de Lyra dū vellet ex veteri testamēto Christi domini probare diuinitatē, dicit ex nouo testamento illa apertius p̄bari posse q̄ ex veteri. Neq̄ tñ ex nouo sic aperte p̄bari potest, quin oppositum consequētis possit intelligi stare cū antecedente. Multi em̄ cōfidentes Christū Iesum Nazarēnū, esse verū messiam, & euangelio p̄bentes fidem, nō credebant ipsum esse Deū, sed hoīem purū, vt fuit Nestorius & Fotinus. Alij fatebant̄ non esse Deū verum, neq̄ tamen etiā hoīem purū, sed Deū non verū, & hoīem verū, vt Arrius, dicebat em̄ primā creaturā (quæ ob sui excellentiā Deus vocari poterat, neq̄ tamen erat verus ille Deus) humanæ fuisse copulatā naturæ. Et eo modo Christū Deum & hoīem esse cōfitebat̄. Ex testamento igit̄ veteri de diuinitate Christi Iudæi neqbunt apertius q̄ nos loqui. Nō itaq̄ eos excuso, quin debuerint in Christū credere, propter tot diuina opa, & ipsum p̄ vero messia suscipere, sed cū i forma serui, qua minor est Deo patri appareret, & nō in forma Dei, qua Deo patri æqualis est, nō habentes ex scripturis manifestū testimoniū, messiam verum Deum &

hōiem futurū, excusari aliquāliter poterant, circa deitatis suæ articulū, sed quin fuerit verus propheta & messias excusari nequeunt. Neq; ex operibus eius diuinitatem verā attingere poterant. Nam & Moses purus homo & pphetæ puri hoīes, & apostoli, cōsimilia imo & maiora eorū fecerunt. Magis aut̃ humiliavit & exinaniuit semetipsū filiūs Dei, assumpta forma serui, q̃ virgo assumpto meretricio habitu, vel stipēdiarij clericus, Maior em̃ longe est distantia inter Deum & hoīem, q̃ inter virginē & habitum meretriciū. Similitudo tamen bona est, qd̃ sicut nō videor teneri, virginē meretricio habitu indutā, esse virginē credere, & illū stipendiarij vestibus amictū, esse clericū. Ita & multo magis (quia maior est distantia) videndo Deū humanitate circūamictū, imo solā humanitatē videndo & sentiendo, quomodo poterāt ferri in ipsam deitatē, vt credere illi humanitati deitatē esse vnitā tenerent; præsertim cū talis vnio vix mente attingit. Et quāuis Opera Christi talia fuerint, vt humanā mentē in operatorem Deū dirigerent, iuxta illud Nicodemī Ioan. iij. Nemo potest signa facere que tu facis, nisi fuerit Deus cū illo, non tamen illa opera illum hominē esse verū Deum concludebant, sicut nec Moysen, aut Petrum apostolum, cuius etiam vmbra sanabat infirmos. Tenebantur tamen credere illa opera esse diuina, & ab alio præterquam Deo, fieri non posse. Et ex consequenti Christo dicenti se esse Deum, & illud per opera diuina probanti, credere debuissent, ipsum esse deum. Sicut & virgini meretricio habitu ornatae, & clerico illi, si illa probaret se virginem, & ille clericū, credere teneremur. Non, q̃a humanitas Christi, ferret nos seu forma serui in formam dei, sicut nec habitus ille in virginem aut clericū

cum. Maiorem aut horrorem incutit comparare Christus tauro, arietem, & hirco, quam habitui meretricio. Sed ipsum dominum illis comparamus, neque perhorrescimus, verum ad altiore intellectum a me illud fuerat dictum. Nam Iudaeos excusavi, & accusavi. Excusavi quidem, quia per omnia opera ipsius domini non poterant concludere ipsum esse Deum, nisi ex consequenti, quia dicebat se esse Deum, qui talia in ipso operabatur, de quo etiam ambigere poterant, an sit verus Deus, vel per participationem, & ita eos excusavi, quia eiusmodi cognitionem ex operibus eius habere non potuerunt. Accusavi autem eos, quia non inspexerunt doctores suos, qui per dicta sacrae scripturae tenebant, messiam esse verum Deum, & Dei patris verbum. Sed ipsi non attendebant nisi ad formam servi, & ad lutum in quo inventus est solum ut homo, & non attendebant ad verba doctorum, qui in tali forma verbum Dei appariturum dicebant. Necessaria est itaque illarum scripturarum interpretatio, sine qua Iudaei sacrae scripturae non colligunt sensum. Ex quo ut eiusmodi libri tam necessarij non supprimerentur concludere volui.

¶ G. B.

¶ Admodum erudite insidias, versutias calumniantium decipulas evasisti. Et non modo evasisti, sed etiam contriivisti. Sed, progrediamur. Nam te in illa compositione (quam ipsi sacri legem vocant) carpunt. Dicis namque sicut in persecutione tyrannorum semper aucta est Christiana ecclesia, ita & hic eveniret, si Iudaeis vis inferatur. Nam plus inflammarentur ad suam religionem, & reliqua. Hic videris dicere, causam ut ecclesia augeretur, fuisse tyrannorum persecutionem, & non munus divinae gratiae & divinae assistentiae, quod certo dicere non licet.

¶ I. R.

¶ Absit vt credā ecclesię augmentū ex sola psecutione
tyrannorū ortū fuisse, imo ex dono spiritualis assistentię
diuinę, q̄ amissa instaurabat in gradu millecuplo, sed fe
ci quasi quandā similitudinē ex ea parte, qua nitimur in
vetitū semp, cupimusq; negata, quod nobis gentile est.
In ea igit̄ parte similitudinē attuli, q̄ nobis est natura in
serta. Enimuero Christiana religio diuina puidencia,
& eius peculiari assistentia, & creuit & aucta est. Nam
ipsa psecutione sola granū synapis nō creuisset tantū, vt
in ramis eius aues cōeli requiescerent. ¶ G.B.

¶ Est mihi summe cordi tā rationi congruens rñsio, q̄
q̄ magis quis ad ritū aliquem seu cultū p tormenta cogi
git, eo magis indurat, & ritum illū odio habet & parui
pendit. Et similitudo tua ibi sistit, neq; vltius p̄gredit̄.
Clam Christiani p̄ter illū naturę motū, fide, spe, & cha
ritate virtutibus infusis suffulti, & diuino p̄sidio adiuti,
incomparabiliter plus aucti sunt. Quo pacto Iudæi cre
scere nullatenus possent. Sed itē te impugnant, quan
do dicis, si libri Iudæorum essent combusti, tunc nul
lis argumentis eis satisfactorijs, nos aduersus eos tueri
possemus. Nō p̄ libros illorū, q̄ amplius nō essent, neq;
p̄ textū biblię, q̄ Iudæi aliā & nouā scripturę expositi
onē subtiliter excogitarēt, & ita nō possemus, neq; inua
dere eos, neq; nos defendere. Dicūt te hic sacrā blasphem
are scripturā, ac si libri eorū efficaciores essent, q̄ ipsa sa
cra scriptura. Esmuero ista est apta calumnia, optime em̄
suades oēs Iudæorū libros igni non esse tradendos, q̄
eo concesso, nō possemus cū ipsis disputare. Nō quidē
ex testamento nouo, q̄ illud non recipiūt, neq; ex testa
mēto veteri, q̄ illud suo modo exponerēt. Neq; cōuin
cere possem⁹ p̄ doctores eorū (q̄ amplius nō reperirēt)

talē expositionem nouā nō esse verā, sicut tractenus fecimus p̄supponendo expositionē Rabbīnorum, quā negare nequeūt. hinc cōiūcio qđ te nolunt intelligere, sed gratis odio habere. ¶ I. R.

¶ Ad hanc cauillationē iam dictum superius est. Non em̄ libros Iudeorū ipsi sacrae scripturae in se & re ipsa p̄fero, sed solū dico, ex illis libris eos aptius cōuinci posse. Si ergo aboleant, disputatio desistet, neq; arguere, neq; respondere eis satisfaciēdo poterimus. Quia & si verus testamentū ipsi p̄supponant, nō tñ expositiones nostras sup̄ ipso testamento suscipiūt, nisi eorū doctoribus conforment, & tunc eas vt suas, nō vt nostras magnificiūt.

¶ G. B.

¶ Dicis etiā si Iudeorū doctores falso exponere scripturā rā diceremus, tunc nos q̄ eos in probationē inducimus, & eorū sententijs fulcimur, vteremur falsis testimonijs, qđ prohibitū est lege, Si falsos, & quae sequunt. Videris itaq; ipsoꝝ doctores, vere scripturā exposuisse asserere. Cuius cōtrariū (vt superius induximus) habet Matthei. .v. & .xv. & Mar. vii. ¶ I. R.

• ¶ Ego censerem, vt q̄ties Nicolaus de Lyra, q̄ties Burgenſis, q̄ties alij catholici expositores vtunt̄ expositionibus Rabbīnorū, toties illas veras esse, alias vsi fuissent testimonijs falsis, qđ profecto nō licet, vt lex illa vetat. Neq; dixi omnes eorū expositiones esse veras, quia nō illas in qbus eos Christus dominus rephendit, vt superius diximus. Et forſan tenere legem veterē non prohibuisse animū, sed manum, possit stare cū fide. Quod si verū fuerit, tunc dominus etiā legem ipsam & non scribas solū correxisset, phibendo nō solum manū, sed etiam animū. Et q̄ vsq; tunc scripturā illo modo exposuissent, nō fuisset

lent falsi expositores. Quidqd sit de hoc, non plura nūc.
Sat nobis sit expositiones illorū non esse passim falsas,
sed aliquas imo plurimas veras, & ad rem nostrā attinen-
tes.

¶ G. B.

¶ Interdū ex falsis ab aduersario cōcessis, licet aliqd p-
bare & se sustentare, vt ex libro iudeorū falso q de gene-
ratione Iesu Nazarēni inscribit, phamus ipsum messiā
esse Deū. Et ex autoritate falsa eorū, sex millia annorū
durabit mundus, inferimus messiā venisse, igit lex allata
(si falsos) non recte phibet ex falsis pgressum. Nam licet
ex falsis inferre verū.

¶ I. R.

¶ Tu ipse superius antistes mecū, & ego tecū distinxi-
mus, de duplici progressu, ad rem, & ad hoīem dūtaxat.
Lex de priori progressu est accipienda. Aliud q̄q̄ (vt no-
sti) est inferre ex falsis. Aliud probare. Nā p falsa nota nil
probari pōt, sed p falsa, quæ qs credit esse vera, pōt fieri
apparens pbatio, nō existens, Lex itaq̄ phibet testimo-
nia quæ sciunt esse falsa, illa qppe sunt in nostra potestas-
te. Qui pbat per falsa, q̄ credit esse vera, tūc si talis igno-
rantia sit inuicibilis, nō est sub lege, si affectata, crimen
auget, si crassa, diminuit, & sic de reliqs ignorantie mem-
bris dicendū.

¶ G. B.

¶ Recte tu quidem, sed audiamus aduersarios, dixisti
nanq̄, Ex quo alicui doctori propria opinione loquens
ti, credere nemo cogitur. Doctor talis nullum potest de-
cipere, hoc aiunt est contra Apostolum ad Titum cap.
primo. Sunt multi vaniloqui seductores, maxime q̄ ex
circumcisione sunt, qui vniuersas domos subuertunt.

¶ I. R.

¶ Ad quādam etiam respondere non deceret, Quis
cū nesciat seductores esse, & deceptores plurimos; sed

si eis credere nō teneris, imo nō credere teneris, inuitus
decipi nō poteris, si aut vis decipi, decipiaris. Nō te dor
etor, cui obligaris nō credere, decipit, sed te ipsum decip
pis. Debilis est hostis, q nō vincit nisi volentē. Si dicerē
nullos esse deceptores, aduersum me dicerē. Multi em
me decipere conant, sed quia nō credo eis, nō me vtiq
decipient. Aduertant q̄q ad verba mea. Ita em dixi, Cui
ppria opinione loquenti, credere nemo cogit, talis nula
lū potest decipere. Qui em decipit intellectū, cogit ad
credendū falsum pro vero. Hos Apl's vaniloquos vo
cat. Nemo itaq nisi eius intellectus ad assentiendū co
gat seu alliciat, decipi potest. Ex quo igitur doctoribus
Hebræis propria opinione loquentibus, credere nō co
gimur, decipi ab eis non poterimus.

¶ G.B.

¶ Pleraq̄ friuola obijciunt, sed obiectio q̄ sequit ma
gni apud eos est momenti. Ais em plus ex Paulo factū
esse, quā ex oibus apostolis, eo quod cū Rabbīnis scho
las frequētauerit, & oibus ludæorū scientijs imbutus fu
erit. Et subnectis, hui⁹ nulla est obiectio vel rñsio, nisi q̄
piā diceret, Paulū ad hoc tractū fuisse. Sed hoc nihil ad
rē, oēs em q̄tq̄ credimus, trahimur, q̄a nemo venit nisi
pater traxerit eū. Quibus videris asserere Aplm Paulū
oibus plus laborasse, quia literis Hebraicis fuisset ad pe
des Gamalielis imbutus, & nō, quia tractus fuit. Quor
rū prius illud est cōtra conuersionē eius mirificā, & rap
tū eius tam arcanū. Illud vero qd posterius addit, im
piū est dicere, qd excellentiā supra oēs alios non habue
rit, ex eo quia tractus est. Quia & si ois q̄ venit ad Chris
stū, didicit & trahit a patre, vehementius tamen alter al
tero trahit, & maior vni q̄ alteri gratia prestat.

¶ Certū est homini Christiano, Paulū Apostolum & cunctis alio aplo plura & excellentius fecisse. Id em̄ in sacris libris qbus falsitas subesse non potest, scribit̄. Certū etiā est Paulum Aplm ad pedes Gamalielis legē & omnē Iudeorū scientiā didicisse, Nō itaq̄ Petrū & Andreā, Iacobū & Ioannē, q̄ rudes & idiotę erāt, adimāt oibus illis gratia, & infusa sciētia. Remaneāt ip̄i in naturalibus & acq̄sitis scientiis, doceant, suadeant, p̄dicent oēs, quibz eorū plura & excellentiora faciet: q̄ comparatio erit inter rudes piscatores oīno indoctos, & Paulū acutū ingenij virū, lege domini scientiisq̄ multis eruditū. Tribuat oibus doctrina infusa æqualiter, æqualis igit̄ erit oibus. Attamen Paulus ratione acuminis naturalis & scientię acq̄sitę superabit alios, eritq̄ instrumentū aptius ad exercenda iussa diuina, atq̄ p̄cellet reliquos. Nō itaq̄ scientiā infusam ab hoīe accepit, sicut neq̄ alij apostoli, sed p̄ reuelationē. Acquisitam tñ, in qua præcellit ceteros, ad pedes Gamalielis didicit. Quēadmodū ip̄emet Paulus in lingua ppria eloquentior fuit, vt Hieronymus testat̄, q̄ in linguis dono spūssancti acceptis, ad illā namq̄ magis dispositus erat. Agens qppe sicut nō agit nisi in subiectū dispositū, ita efficacius agit in magis dispositū. Et quāuis spiritussanctus possit minus disposita æq̄ disponere, non tñ necesse est vt æq̄ disponat, sed vt secundū dispositionem præexistentē influat scientiā, igit̄ acq̄sita & ingenij acumina nō habuit ex eo, quia tractus est. Illa em̄ anteq̄ crederet habebat. Neq̄ ob tractū illud dūtaxat, tam altū bonum & amplū donum promeruit. Omnes em̄ tractū id p̄meruissent, & promererent̄. Posuisset q̄q̄ Deus Paulo in naturalibus & acq̄sitis melius

disposito maiorem cōferre gratiā, sicut & angelos natura superiores, gratia etiā reddit tales. Quamobrē & ipse cū dixisset, plus oibus laborauī, subitūxit. Non autē ego, sed grā Dei mecū, Si ergo idcirco dona suscepit ampliora, q̄a magis dispositus erat, & dispositio illa fuerit id q̄d diximus. Cui sit tā cornea fibra, vt nesciat verē esse q̄d iā diximus, siue itaq; dicat p̄cellere alios, ratione bonorū naturalium & acquiritorū, siue ratione ampliorū supernaturalium donorum, p̄pter eiusmodi dispositionem sibi concessorū, semper sequit̄ id quod diximus.

G.B.

¶ Oia erudite, verū non cessant te laceffere etiā in minimis, ponis em̄ similitudinē, vt sicut Christus dominus iussit zizania crescere simul cū tritico vsq; ad cōsummationē seculi, sic & Iudæorū libros esse dimittendos, & q̄ sequunt̄. Dicunt em̄ illa in parabola dominū de prauis hoibus, non autē de prauis libris locutū fuisse, vt ipsemet se exponit aliquantulū infra, vt habet Matthæi. xiiij. Sed ambigo ne forsan ipsi sint illi hoies, q̄ charitate spreta, virū catholicū calumniant̄, & neophytū veterano Christiano colē anteponūt.

¶ I.R.

¶ Norā & ipse Christū dominū per zizania exposuisse se prauos hoies (vtinā ipsi triticū essent) neq; t̄n ignorabā, ipsum dominū hoc non p̄cepisse, quin etiā prauos libros p̄ zizania, sicut bonos per triticū intelligere possemus. Arguebā itaq; a simili, q̄d sicut ille homo, seu filius hois non p̄misit euellere zizania, hoc est filios nequā, ne forte & triticū, hoc est filios regni, q̄ sunt bonū semen, si euellerent, sic & libros illos in q̄bus multa nobis vtilia exarant̄, licet & praua quādā in eis reperiant̄, modo non sint de illo genere malorū, q̄d extirpandū esse semp

ptestatus sum, nō extirpandos eiusdē domini snia p̄sua-
si. Nō licet arguere a simili p̄ exēpla. Nonne signa q̄ in
Christū credētes cōsequunt̄, videlicet dēmonia eiicere,
linguis loq̄ nouis, serpētes tollere & reliqua Gregorio
licuit sp̄ualiter exponere: similiter q̄uis necessariū sit ad
salutē, credere Christū de Maria Magdalena septē dæ-
monia vere & re ipsa ad literā intelligendo eiecisse, tñ
Gregori⁹ p̄ septē dēmones vniuersa vitia exposuit. Eo
dē mō firmiter & ad literā credendū est, dominū nostrū
mūdasse leprosos, et ad sacerdotes misisse, tñ Augustin⁹
p̄ leprosos, eos q̄ veræ fidei scientiā nō habentes, varias
doctrinas, p̄fitent̄ erroris, intelligit. Quale p̄ceptū est vt
prauī seu filiī nequā sinant̄ crescere vsq̄ ad vltimā muna-
di diē, tale p̄ceptū, vt prauī ludæorū libri, prauī dico, q̄a
sunt in prauorū manib⁹, vsq̄ ad illud t̄ps, quo suū agnos-
cent errorē cōseruent̄. At vero nullū extat p̄ceptū filios
nequā nō exterminādi, imo potius exterminādi iuxta il-
lud, Maleficos nō sinas viuere, siue p̄ maleficos, oēs ma-
lefaciētes, siue eos q̄ maleficijs suis decipiūt hoīes, itelle-
xeris. Oēs q̄q̄ iustæ leges, & iusti iudices, delere malos
de medio iustorū nitunt̄, neq̄ agūt cōtra p̄ceptū de ziza-
nijs nō euellēdis, sensus em̄ ē, sinite vtrāq̄ crescere. Quia
ego ab initio creauī hoīem, & dimisi eū in manu consiliī
sui, sino vt q̄sq̄ manū suā ponat vel in aquā vel in ignē,
posset qppe potētia sua magna, nullum prauū viuere p̄-
mittere. Sed id primo decreto, a p̄cipio tradito cōtrari-
aret̄. De⁹ itaq̄ malos eē, vt aliqd boni ex eis eliciat, sinit.
Ois em̄ malus, aut ideo viuīt, vt corrigat̄, aut ideo viuīt,
vt p̄ eū bon⁹ exerceat̄, sic p̄fecto & libri ludæorū, aut sūt
seruādi vt p̄ eos ip̄i corrigāt̄, aut p̄ eos nos magis x̄itati
fidei nr̄æ ex ip̄sorū apta cācitāte inherētes, exerceamur

ut vt pbatī fāt manifesti, sunt itaq; hęc eiusmodi p̄cepta parabolica, & q̄si metaphorica. Permīxti itaq; vsq; ad seculi cōsummatōē erūt mali bonis, Deo sinente. Neq; est aliud p̄ceptū, nisi q̄a sic esse sinīt. Si nanq; esset p̄ceptū, tunc nō liceret malos interficere, sed crescere vsq; ad messēm. Et si malos hoies, q̄ magis peruertūt, & magis bonos exercēt, esse sinīt, cur nō & prauos libros ex eo q̄a prauæ & p̄fidæ sunt sectæ, non sinet esse? In re parui momenti multū temporis præter consuetudinē contriui.

¶ G.B.

¶ Nil superuacū, p̄clara oīa. Nil tñ p̄termittā eorū, in q̄bus te (vt ita dixerim) lacerāt. Dicis q̄ppe q̄ Christus p̄cepit de sinendis zizanīis, hoc fideliter est re n̄ra de libris Iudæorū sinendis dicere, imitando ecclīam. D. XIII. C. sancta Romana possumus, vbi oēs libros manere p̄mittit, vt videant & p̄bent iuxta verbū Aplī, Oīa p̄bete, q̄d bonū est, tenete. Nam si eos cōbureremus, nō p̄nt posterī n̄ri q̄cūq; cōtra eos obijcere, ex q̄ conuincant. Dicūt te male transtulisse parabolā, Christus em̄ p̄ zizania nō intellexit libros, sed hoies prauos, sūt & Aplī nō recte induxisse. Ipse em̄ ibi loquit̄ de nouellis reuelationibus nō oimode certis, dicens p̄phetias nolite spernere. Non aut̄ loquit̄ de libris manifeste prauis, sic & cā nō ecclīe inductus de huiusmodi libris, est accipiendus.

¶ I.R.

¶ Hi vellēt vt ad ipsorū nutum oīa exponeremus, & p̄ libito eorū authores induceremus. Et q̄a de parabola zizaniarum, pauloante discussimus, nunc ad Apostoli autoritatem ita dicimus, quāuis ipse p̄misset p̄phetias nolite spernere, ob id tamen quando dixit, omnia p̄bete, non solum de probatione prophetiarū intellexit.

Quia medium syllogismi probabilis in plus se habet, q̄
quæstio quæ probat. Neq̄ etiā videt̄ probare illud q̄d
p̄miserat, sed multas sententias ordine quodā afferre,
sic inquit, Spiritū nolite extinguere, prophetias nolite
sp̄rnere. Omnia aut̄ p̄bate, q̄d bonū est, tenete. Oīa
igī legite, sed sentes abijcite. Quid suspectū hæresi hic
inuenitis? surdior est surdo is, q̄ audire contemnit. Neq̄
dixit, oīa p̄bate, sicut probat̄ cōclusio aliq̄ rōne, vel sicut
p̄bat̄ q̄s esse bonus vir, sed probate, hoc est delibate cu
ius saporis res sint. Etsi bonū saporem & odorem inue
neritis, tenete ipsum, si malū, abijcite. Non itaq̄ Apосто
lus de nouellis prophetiis dūtaxat loquit̄, sed de omni
bus quæ non sunt manifeste mala, vel sunt bona mixta
malis. Aperta mala sine deliberatione respue, vt sunt pe
ccata. De q̄bus dubitas, vt de prophetiis nouis, aut de
spiritu, & feruore alicuius, & in re nostra de libris scriba
rū, noli statim cōdemnare, neq̄ statim credere, quia nō
omni spiritui est credendū, sed an spiritus illi sint a Deo
probandū est. Discutiendū igī diligenter est, quæ bo
no quæue malo proferunt̄ spiritu, discutiendū & de li
bris scribarū, an blasphemii sint, vel stulti, vel ad ritū eo
rum pertinentes, vel sacra scripturam bene exponentes
aut mysteria fidei nostræ ardua declarantes. primi illi (vt
semp̄ dixi) sunt sup̄primēdi, alij tolerādi, dū ecclīa eos to
lerat, vltimi magnopere amplectendi, custodiendi & con
seruandi. ¶ G.B.

¶ Carpūt te & in eo, dixisti nanq̄, Cōmentaria Iudæo
rū tanq̄ fontes esse seruanda, si nanq̄ eorum cōmentaria
sunt fontes, igī nostrorū erunt riuuli. Videris doctores
Iudæorū, nostris sanctis doctoribus qui sunt montes ec
clesiæ, præferre. Et ita doctrinā synagogæ supra ecclesię

doctrinam extollere. Quod profecto non licebat.

¶ Io. R.

¶ Prima cōmentaria, respectu posteriorū, fontes dici possunt, similiter cōmentaria quæ scripturæ textū priorē, verum, non fucatū declarant & exponunt, sunt tanq̃ fontes respectu eorū, quibus exponitur, textus posterior & fucatus. Eam ob rē diuus Hieronymus Hebraicā veritatem traductioni Lxx. interpretū & oibus alijs p̃ponit. Illi em̃ mysteria fidei homini gentili pandere noluerunt, sed occultauerunt, sic igit̃ se habent cōmentaria ad cōmentaria, sicut textus ad textū, sed textus Hebraicę veritatis est, sicuti fons ad alios textus. Igit̃ & cōmentaria sup̃ illū facta, sunt sicut fontes, ad cōmentaria super posteriores textus facta. Nonne testamentū vetus a ludæis accepim⁹? fontaliter ergo scripturæ illę sunt apud eos. Igit̃ ludęi p̃ferunt nobis, & doctrina eorū, doctrinę nostrę? nō sequit̃. profecto, quia cōsequens est falsum, & antecedens verum. Et ex veris nil sequitur nisi verū, sic nec illorū consequentiā erat bona. Quia & si nostrorum cōmentaria sint posteriora, & super textum posteriorē facta, Et in eo videamur minores, illa minoritas est secundum quid, Nam & mater est nobilior filio quocūq̃ inquantū genuit eum, sed erunt in filio multa alia quibus dignior est, Sic & in nostris doctoribus, est alia sciētia testamenti noui, & in ecclesia similiter. Nō ergo fons est semper nomen dignius, nisi inquantum fons, sed esse dignius secundū qd, & indignius simpliciter est absolute indignius. Vide nunc captiosos hoies quanto odio serunt in proximū, excæcauit eos malitia eorum.

F I N I S.



ILLVSTRIS AC GENEROSI DOMI

ni domini Hermanni Comitis de Nuenar, cano-
nici Coloñ. &c. epigramma, extem-
pore in doctiss. viri Ioan. Reu.

LL, Doc. eiusq; defenso-
rū laudem, subito
calore effu-
sum.

PVnica non tali strepuerunt arma paratu
Hannibal Aufonias dum spoliaret opes.
Nec tantos proceres Pagasæa vexit ab vrbe.
Raptor Phrixæi velleris Aesonides.
Quantos ipse modo ad bellum pharetratus Apollo
Cogit, & inuictō prælia Marte ciet.
Reuchlino laturus opem, studijsq; quietem
Perpetuam, & doctis otia grata viris.
Impia liuoris ne fundere lingua venenum
Audeat, & posthac obstrepuisse bonis.

FINIS DEFENSIONIS OPTIMI

ac integerrimi viri illius Ioan. Reuchlin, LL.
doc. quam Reuerendus pater Geor. Be.

Nazaræus archieps Romæ p mo-
dum dialogi scriptam, diuo Ma-
ximiliano Romanorū im-
peratori semp Augu-
sto dicauit.

Anno Natiuitatis Dei. M. D. XVIII. mense
Ianuarij.